

**Andreae Vesalii Suorum de humani corporis fabrica librorum epitome /
[Andreas Vesalius].**

Contributors

Vesalius, Andreas, 1514-1564.
Calcar, Jan Stephan van, 1499-1546?

Publication/Creation

Basileae : [Ex officina J. Oporini], 1543]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/g6b6smge>


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.




Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>





6565/


VESALIUS, A.


Payne Collection
1911











LUDWIG ROSENTHAL'S
ANTIQUARIAT

INCUNABELN, MANUSCRIPTS, MINIATUREN
HOLZSCHNITTE, KUPFERSTICHE, PORTRAITS
ANSICHTEN, AUTOGRAPHEN
KOSTBARE EINSÄTZE
AMERICANA

GEGRÜNDET 1890

MÜNCHEN, HEIDEGARDSTR. 14

LADEN: LENSACHPLATZ 6

TELEFON 888

TELEGRAMME: LUGROS MÜNCHEN

A. B. C. CODE 4 10 ED.

ARABIC CABLE CODES 10 TH ED.


Munich, April 27th 1912

We beg to offer, if not sold in the meantime:

Vesal, Andr. *De humani corporis fabrica librorum epitome*. Basil., ex offic. Jos. Oporini, 1543. 14 Bl. 1. sign. A-M und zwei unbeschrift. (mit den trefflichen, with the excellent woodcuts (anatom. illustrat.) by Joh. Stephanus von Calcar. 12. fol. Half. - cloth.
Chaulant, anat. Abb. 5. 46, Ebert No. 23537. Of the greatest rarity in complete condition, much rarer than the principal work. This Epitome has been edited in single leaves of which the last two have no signature and are printed only on the recto, these are almost always missing. 7 plates (5 myologique and the figures of a man and woman) have been joined to the Epitome. They are not to be found in the principal work.
Dedicated to the prince Philipp (King Philipp II of Spain)
To the copy are joined: 8 leaves with the figures of a man and woman in woodcut with Latin explanations, the latter of the 2 ll. bear the date of Venice 1587. These figures have folding parts on the breast which are designed with pen on the figure of the woman.
Some leaves properly mended.

452342

M 800.-





ANDREAE VESALII
BRUXELLENSIS, SCHOLAE
medicorum Patavinae professoris, suorum de
Humani corporis fabrica librorum
EPITOME.

JOH. CALCAR
Maest. Gallorum Regni, et Senatus Venet. gra-
tia et privilegio, ac in diplomatiis eorumdem concessis.

First state of 1p

SERENISSIMO PRINCIP PHILIPPO, DIVI CAROLI QVINTI IMPERATORIS MAXIMI INVICTISSIMIQUE FILIO HAEREDI.

Andreas Vesalius S.



ENVI hoc chartarum contextu, maxime Princeps PHILIPPE, qui immortalis tui nominis splendore decoratus, in communem studiorum usum aussicatio emittitur, homini corpore historiam enumerationis modo ita partitus sum, singulaque enumeravi, ut praecipua naturalis philosophiae pars creatura omnium absolutissima et iuxta dignissima fabricam pertractarem, in aeterni cuiusdam vice operum Naturae studiosis ob oculos uersari possit, quae quoad fieri licet succincte, ac minus operose ea exprimant, quae sepe huius argumendi libris diffusè complexus sum, quorum haec Epitome semita quaedam, aut appendix etiam iure habebitur, capita quae illi demonstrantur acervatim comprehendens, omniaque sic semel proponens, ut augeret eam pro tua incredibili humanitate, quae etiam tenuissimum quodvis scripti generis alacriter amplecteris, et non conspectu non rejiciendam, quando ut hac inveniunt adhaec etate tam varij virtutibus exornata, omnium disciplinarum et artium miro amore teneris, ita quoque generosissimam, ac qui universo orbi aliquando praeficiatur digni prorsus animi tui domicilia, uel obiter cognoscere iudicium ducis, utque summorum Imperatorum, Regum, Consulum exemplo turpe miserumque esse arbitraberis, adeo varia sectantes studia, corporis quod perpetuo circumferimus harmoniam latere, ac hominem sibi ipsi penitus esse incognitum, neque instrumentorum tam diuine ab immenso rerum Opifice structorum compagem persequari: quorum munere ea quae potissimum, et sola prope modum admiramur, alioquin conficiuntur. Verum et si hac ratione conatus iste tuo omnibus admirabili iudicio forsitan non displicet, illum tamen medicus adeo nolle reddi familiarem, ut dum prodesse conor, ac in posterum quibusdam sordidorum et pograpborum mancipij ad aliorum labores ineptissime in artem contrahendos, suorum nomine emittendos ad rei literariae perniciem natis, occasionem praeripio studio, magnopere obsum. Nemo enim nescit, quantum dispendij in scientijs omnibus compendia conciliare solent. Quandoquidem et illa ad perfectam absolutamque rerum cognitionem viam quandam et rationem praefigere uideantur, ac latius prolixiusque alibi universimque continentur, hoc in primis nomine instar indicis et memoriae sedis censentur, in quam sparsim scripta rite collocata, nihilo minus compendia ideo egregie nocent, magnamque literis cladem adferunt, quod illis solummodo additi, uix quicquam aliter perlegamus, etiam ipsi qui se totos disciplinam mancipiant, dum exat ad scientiarum umbram et superficiei aspirantibus, ac solidum ac nihil erucuntibus. Huius mali quantumvis in omnibus propemodum studiis id late uagari consuet, medicorum uulgius gramine insimulandum est, quod adeo ignauiter hominis partibus dignoscendis operam nauat, ut ne enumeratione quidem ad eas descendas utatur. Quum enim praeter cuiusque partis functionem et usum, ipsius quoque situs, figura, magnitudo, color, substantia, natura, ad ceteras partes connexus ratio, ac eius generis permulta in partium examine medico nunquam satis perspecta esse queant, quotus quisque reperitur, qui osium, cartilaginum, ligamentorum, musculorum et uenarum, arteriarum et nervorumque frequentissima per totum corpus serie excurret, ac uiscerum, quae in corporis habentur cavitatibus, uel numerum modo tenet? Vnde pestilentes praeter eam medicos, in communis hominum uitae exitum grassantes, qui ne unquam quidem sectioni assisterent, quum in corporis cognitione nemo aliquod operis precium praestitisset, qui non proprijs manibus, uti Aegyptiorum reges consueuerant sectiones obierit, et illas perinde ac simplicitate medicamentis sedulo frequenterque uersauerit. Vnde etiam nunquam satis laudabatur prudentissimae Asclepiadem familiae, liberos domi ut lectio ne et scriptura, sic et cadauerum resectionibus exercebant, ut ita edocti, facili Musarum omne studij incumbere. Ceterum hic nostrum in Anatome totius medicae artis basis ac fundamentum perdiscenda oscitantiam, et quam nobis qui medicinae nomen dedimus, per necessaria sit humanarum partium notitia, haud demonstrandum assumpsimus, quum cuiusque conscientia abunde attestetur, in morbis curandis eorum cognitionem primas, secundas ac tertias partes merito sibi uendicare, hanc quae in primis ab affecta sede peti, debitum quoque praeter alia auxiliorum usum communis trunco. Quinetiam qui ueteri medicinae nunc in plerisque gymnasijs pristino nitore pro reuerentia restituta dedicantur, assatim intelligere incipiunt, quam parum frigideque haecenus a Galeni temporibus in Anatome sudat. Sive qui et sibi uis procerum facile sit primarius, humanum tamen corpus nunquam aggressus est, et similes potius quam hominis ab istius ita innumeris sedibus uariantis partes descripsisse (ne dicam, nobis imposuisse) modo colligitur. Quod autem ad meum attinet, quia exiguum hoc tuum indignum Maestrate munusculum, tanto patrocinio unice commendatum, ancipitem indiciorum aleam nullam excusationem praetexturus sum, nisi quod hanc salis molam, qua maxime per studiorum rationem litare datur, tantisper erga patriae Principem singularis obseruantiae pietatisque specimen esse uelim, dum tibi quoque offerre aliquando dabitur. Patavij, Idibus Augusti, Anno a Virginiu partu MDXLI.

Christophorus Cornelius fecit

1576

SERENISSIMO PRINCIPI PHILIPPO DIVI CAROLI QVINTI IMPERATORIS
MAXIMI INVICTISSIMIQUE FILIO HAEREDI,
Andreas Vesalius S.



ENVI hoc chartarum contextu, maxime Princeps PHILIPPE, qui immortalis tui nominis splendore decoratus, in communem studiorum usum, auspiciatū emittitur, humani corporis historiam enumerationis modo ita partitus sum, singulaque enumeravi, ut praecipua naturalis philosophiae pars, creaturae omnium absolutissima, et iuxta dignissima fabricam pertractatus, imaginis cuiusdam vice operum Naturae studiosi ob oculos versari possit, quae quoad fieri licet succinctè, ac minus operose ea exprimat, quae septem huius argumenti libris diffusè complexus sum, quorum haec Epitome semita quaedam, aut appendix etiam iure habebitur, capita quae illis demonstrantur acervatim comprehendens, omniaque sic semel proponens, ut augurer eam pro tua incredibili humanitate, quae etiam tenuissimum quodvis scripti generis alacriter amplecteris, et tuo conspectu non rejiciendam, quando ut hac incunite adhuc etate tam varijs virtutibus exornata, omnium disciplinarum et artium miro amore teneris, ita quoque generosissimi, ac qui universo orbi aliquando praeficiatur digni prorsus animi tui domiciliū, vel obiter cognoscere iucundum duces, atque summorum Imperatorum, Regum, Consulū exemplo turpe miserumque esse arbitraberis, nos adeo variis et alantes studia, corporis quod perpetuo circumscribimus harmoniā latere, ac hominem sibi ipsi penitus esse incognitum, neque instruere diuine ab immenso rerum Opifice studiorum compagem perscrutari: quorum munere ea quae potissimum, et sola prope modum admiratur, alioquin conficiuntur. Verum et si hac ratione conatus iste tuo omnibus admirabili iudicio forsitan non displicebit, illum tamen medicis adeo nollem reddi familiarem, ut dum prodesse conor, ac in posterum quibusdam fordidiorum typographorum mancipijs ad aliorum labores ineptissimi in arctum contrahendos, suorum nomine emittendos ad rei literariae perniciem natis, occasione praeripere studeo, et cognoscere obliui. Nemo enim nescit, quantum dispendij in scientijs omnibus compendia conciliare soleant. Quandoquidem et si illa ad peritiam absolutamque rerum cognitionem viam quandam et rationē praefigere videantur, ac latius prolixiusque alibi tradita, breuiter uniuersumque contineant, hocque in primis nomine instar indicis et memoriae sedis censentur, in quam sparsim scripta ritè collocantur, ubi quoniam compendia ideo egregie nocent, magnamque literis cladem adferunt, quod illis solummodo adducti, uix quicquam aliud bodie eramus, etiam ipsi qui se totos disciplinis manciparunt, sunt axae ad scientiarum umbram et superficiem aspirantibus, ac penitus his erantibus. Huius mali quantumvis in omnibus propemodum studijs id late uagari constet, medicorum uulgi grauius, quod adeo ignauiter hominis partibus discernendis operum nauat, ut ne enumeratione quidem ad eas discendas utatur. Quae mater cuiusque partis functionem et usum, ipsius quoque situs, figura, magnitudo, color, substantiae naturae, ad ceteras partem ratio, ac eius generis permulta in partium examine medico nunquam satis perspecta esse queant, quotus quisque reperitur, cartilagineum, ligamentorum, musculorum et uenarum, arteriarum neruorumque frequentissima per totum corpus serie excurrerunt, quae in corporis habentur cavitatibus, uel numerum modò tenet? Vt perillentes praeterea medicos, in communis exitium grassantes, ut ne unquam quidem sectioni assidue, quam in corporis cognitione nemo aliquod operae pretium praestitit, qui non pro nobis, uti Aegyptiorum reges consueverunt, sectiones obierit, et illas perinde ac simplicia medicamina etiam nunquam satis laudabuntur prudentissima, et sepiusdam similia, liberos domi uel lecto, et sic et caeteros, sectionibus excrecentes, ut ita edocti saluti Musarum omne studij incumbere. Ceterum hic non in Anatome totius medicae artis basis ac fundamentum perdiscenda offitantiā, et quam nobis qui medicinae nomen dedimus, per necessarium humanarum partium notitia, haud demonstrandum assumpsi, quum cuiusque conscientia abundè attestetur, in morbis curandis et cognitionem primas, secundas ac tertias partes merito sibi uendicare, hanc quae in primis ab affecta sede peti, debitum quoque praestant auxiliorum usum commonstrante. Quinetiam qui ueteri medicinae nunc in plerisque gymnasijs pristino nitore propemodum attentè dedicantur, assatim intelligere incipiunt, quam parum frigideque basileus a Galeni temporibus in Anatome sudatum fuerit, et huius procerum facile sit primarius, humanum tamen corpus nunquam aggressus est, et similia potius quam hominis ab illius scientia innotuerit se debitis partibus descripsisse (ne dicam, nobis imposuisse) modò colligitur. Quod autem ad meam attinet, audivi etiam, quae exiguum hoc tuaque indignum Maestrate munusculum, tanto patrociniū uicè commendatum, ancipitem iudiciorum aleam suam nullam excusationem praetexturus sum, nisi quòd hanc salsam molam, quae maxime per studiorum rationem litare datur, tantisper mea erga patriae Principem singularis obseruantiae pietatisque specimen esse uelim, dum thura quoque offerre aliquando et Patavij, Idibus Augusti. Anno a Viri-
ginis partu MDXLII.

Ex
Bibliotheca
Reg. Univers.
Vratisl.

Donat.
Vratisl.
Bibliotheca

28768
MILCO
LIBRARY

DE OSSIBVS, ET CARTILAGINIBVS.

seu ijs quæ corpus suffulciunt partibus. Caput I.



MNES humani corpo-
ris partes sunt aut similes,
sensu uel simplices, ut
os, cartilago, ligamen-
tum, fibra, membrana,
caro, adeps: aut diffusi-
les, instrumentariae uel
quemadmodum uena,
arteria, nervus, muscu-
lus, digitus, & reliqua ro-
tius corporis organa: que
eo magis instrumentaria
sunt, quo pluribus simi-
libus ac deinde instrumen-

tantis etiam partibus, ut manus & caput componitur. Offa
 durissime ac idillamque totius corporis partes existunt. Cartilagines
 uero omnibus molliores sunt, secundum ossa tamen durissime totius
 corporis partes censentur, atque his simul et illis uniuersum corpus
 sustinetur, omniaque ipsi adnascuntur adstabilunturq. Caluaria
 cerebri ac sensus organorum sedes, multis constat ossibus: in fronte
 squamæ fœpius unum tantum, idque præcipue in mulieribus, con-
 spicitur: in occipito similiter unum, in vertice duo, ad utramque
 aurem uel tempus unum, cui cauitas insculpitur, organo auditus re-
 ponendo adaptata: & duo completens ossicula, quorum unum in
 cudi aut molari dicitur, alterum uero malleolo non inepte ad simulae-
 ris. Hoc quoque os, præterquam quod ipsi cartilago auris corpus
 erectum seruans continuatur, tres exigit processus: ac unus uberior
 papillam refert: alius stylum, aut acum, aut galli calcar: tertius an-
 trostium ductus, superiorisq. maxillæ ossi in externa oculi fede lo-
 cato serrata compage commissus, in altero latere portionem cõstituit
 eius sedis caluarie, quam fingale os uocamus. Quin etiam temporis
 os posteriori inferioriq. ipsius parte simul cum occipitis ossis basi
 eam caluarie regionem efformat, quam præruptæ rupi non duri-
 tia modo, uersum & imagine conformis. In capitis basi os insignie
 habetur, cuius à Dissectionum professoribus comparatum, & for-
 ma impense uarium, processusq. educens uel pertensionum alis simi-
 limos. Ad hæc, aliud os in narium summo reponitur, cribri aut po-
 ritis spongie forma peruium, & cum septem enumeratis ossibus am-
 plitudinem cerebro excipiendo paratam constituentis, nariumq. sep-
 trum efformans. In superiori maxilla, præter dentes duodecim
 ossa recensentur, unum utriusq. in exteriori sedis oculi regione, &
 duo utriusq. etiam in interiori, & unum utrobique in inferiori, quod
 maxillæ ossium longè maximum uisitur, superiorum alterius lateris
 dentium alueolos sibi insculptos obtinens. Ad palati finem, quæ na-
 rium foramina in fauces pertinet, utrobique etiã unum eius maxillæ
 os consistit, & prominens deniq. nasi pars duobus extruitur ossi-
 bus, priuato nomine (ut & cetera maxillæ superioris ossa) destitu-
 tis, & nasi cartilagines producentibus, quibus cartilagine narium
 alæ stabiluntur. Hactenus commemoratorum ossium pleraque in
 uicem futuris committuntur, ex quibus transfuerim in sincipite di-
 cta coronalis dicitur: transfuerim uero in occipito prærepens, à
 similitudine nomen obtinuit. quæ autem ab huius uertice ad coro-
 nalis medium per capitis longitudinem incedit, figitalis uocatur,
 at quæ ab hac æquè distant, & super aures feruntur, non futurarum
 speciem, sed ueluti diarum inuicem incumbentium squammarum
 imaginè exprimit, inde etiam squamosæ conglutinationes appella-
 te. Reliqui etiam dictorum ossium connexi nullibi adeo exquili-
 tæ, ac tres modo dicti, formam suam referunt: immò locis aliquot sim-
 plicis lineæ speciem commonstrantes, harmonice potius quam
 figuræ nomen merentur. Inferior maxilla simplici constat osse, nisi
 fortè admodum puerilis in summo mento ex binis ossibus ita coale-
 scat, quemadmodum plurima puerulorum ossa multis ossibus com-
 pinguntur, quæ aliàs illis, qui ad summum deuenire incrementum,
 simplicia occurrunt. Articulatur uero inferior maxilla utriusq. ossi,
 quod ad aurem consistit, peculiari cartilagine hîc præter illam inter-
 ueniente, quæ ossium capiti sinusq. ubi inuicem componuntur, cru-
 ciatè modo obliquit, & articulum promptè uersantem & ab inuicis in

continuo ossium affricu liberum reddit. Vtque maxilla plurimum
fedecim dentes nanciscitur, quatuor nimirum incisivos, duos can-
inos, & decem molares, qui ut forma aequa quam eruantur appa-
rent differunt, sic etiam impari radice, numero suis præsepulis
insiguntur. In faucibus linguæ radici os præponitur, & imaginem
uerius quam A exprimit, & pluribus conuexum officulis, ex quibus
humiliora suis extremis alperæ arterie capitis (quod laryngem
libentius quam guttur nuncupamus) cartilages committitur, quæ
scutū relict, primæq; laryngis cartilago numeratur, ac tangentibus
tota occurrit. Secunda enim magna ex parte posteriore laryngis
sedem constituit, & anulo quem Thracæ dextor pollicis sagittante
imponunt similis, nomine destituitur, hinc quodammodo id inu-
niens. Tertia, quæ duabus proprijs extruitur artibus, ualorum
quibus aquam macta lauantis affundimus oribz respondet, in la-
ryngis medio rimam efformans tibiariū linguæ, & fistularum quas
ori indimus rimis similes, linguamq; ob id nunquam. His car-
talinibus operculum simul cartilagineum & pin. quæ ligamentis
natura participat in sternit, reliquis interim alperæ arterie cartilagi-
nibus, quæ ipsius caudicæ et ramos in pulmone digestos cõstituit,
cuius imaginem exprimitur. Dorsum medulle dorsalis iter potis-
simum præmis, ac corporis ueluti carina in collum uertitur, uel
torem, lumbos, sacrum os, & coccyx seu cuculus os diuiditur,
triginta quatuor ossibus quinæ uertebræ uocantur, & cõmutatum.
Ac ceruicæ septenas cõtinet, multis, & in omnibus non parua uero
procellibus ornatas, ad quarum primam (quæ sola inter reliquas
uertebræ spina desinitur, & transiit in processum egregie protu-
berantes possidet) caput antrofum retrorsumq; recta ducimus. Se-
cundæ uero uertebræ (cui processus infimus) dentis prominent
accidit, beneficio caput circumuertimus. Reliquarum autem opera in-
latas, sed tantum secundariis, caput fertur. Thorax duodecim obiti-
us uertebræ, costarum articulationes admittentes, ac uiam ferè in-
fima suis ascendentibus & descendentibus processibus, quibus uer-
tebræ præter ipsarum corporum connexion inuicem articulantur,
proximis uertebris suscipiunt, ut primæ infra, & infra
ipsi contemina ossa suscipiunt: reliquis interim dos si uertebris illi duo
decimæ superioribus supra quidem suscepiunt, infra autem suscipien-
tibus: & qui inferius consistunt, infra suscepiunt, supra suscipiuntibus.
Subiunt uero illi duodecimæ, quinq; lumborū uertebræ, dein sacrum
os, plurimum sex proprijs compactum ossibus, inuicem ualidè ne-
xis. Coccyx uero os infima sede in cartilagine desinens, crebro qua-
tuor exiguis constituitur ossiculis, nulli nervo iter præbentibus, ne-
que ullo donatis foramine, quod dorsalis medulla reponatur. Pecto-
ris os anteriorem thoracis (qui congruæ cordi & ipsi subleui-
entium organorum sedem parat) regionem sibi uendicari, rarissime
septenis, uerum paucioribus extruitur ossibus, septem co-
starum articulatione uertens expientibus. Quippe ex duodecim costis uis-
ibiq; positis, & cartilagineum degenerantibus, septem elatis
cartilaginibus pectoris ossi coarctantur, hinc uerarum & legitima-
rum nomen sortite. Quæ autem pectoris os non contigunt, &
tanto magis ab illo anteriori ab dorsalis regione detrahitur, quan-
to humiliorē sedem obtinent, spuriæ uocantur. Inferior pecto-
ris ossis sedes in cartilagine cessat, obuulo enis mucroni perinde
ac totum pectoris os eni assimilatur) respondens. Superiori autem
ossis tibi latissimum & robustissimū est, iugulumq; consistit,
utrobique una articulat. Clauicula, humeri articulum à thoracis la-
tere renouens. Scapula etenim trianguli imaginem quodammodo
exprensas, posteriorem thoracis sedem altera ex parte occupat,
in ceruicem desinens, cui acerabulum insculpitur, brachij ossis capi-
ti excipiendo conueniens: dein ex ipsius dorso processum educit, qui
super humeri articulum pertingens, humerus humerus appellatur:
ac clauicula peculiaris cartilagine interuenit (ut & in clauicula ad
pectoris os nexu sit) articulus, humeri articulum à thorace auxi-
lii clauiculae diducit: humeri etiam articulum superius perinde mun-
dens, ac interior scapulae processum anchoræ, & cum comparans.
Brachij itaq; os, seu humerus, scapulae articulat, & huius
inferiori sedi uarijs finibus & ruberibus exornata, rursus duo inibi
ossa iunguntur, radius nimirum & ulna, quæ totius membri no-

B mine

mine etiam cubitus appellatur, pari que modo in homine ac in quadrupedibus ad brachij os fl. citur, & extenditur, ac in superiori ipsius sede, qua posteriori articuli regionem constituit, processum obtinet, quem gibb. rum pleriq. nominant. Atq. ita etiā inferior uln. pars alium gerit, qui à styli forma nomē nanciscitur. Ceterum soli propemodum radio brachiale articulatur, ac ueluti propria cartilagine ab ulna demittitur, octo ossibus inter se forma & magnitudine omnino differētib. extructū: cuius rursus inferiori sedi quatuor postbrachialis ossa unā cū primo pollicis esse coarticulari. h. nanq. ut & reliqui quatuor digiti, tribus ossibus seriatim, ac ueluti in acie positis constitunt. Omniaq. digitorū ossa sunt quindecim, quibus in secundo pollicis internodio duo parua accedunt ossicula, scilicet semini collata: q. alia etiam in primis quatuor digitorū internodijs (sed multo minora, impēsiusq. cartilaginea) interiori sede habentur: & unum in pollicis tertio internodio, unumq. ad exterioris lateris connexus ossis postbrachialis paruum digitorū sustentis ad brachiale se cūb. obseruatur. In reliquis uero digitorum internodijs rariū unum, & in ualde sensibus uisitur. Vrij sacri ossis lateri grande os coartatur: quod ubi amplum est, aliaq. respicit, illū os dicitur: ubi uero profundiori acetabulo femoris caput admittit, coxendicis: ubi autem cum alterius lateris ossis pubem constituit, insigniterq. perso. tum cernitur, pubis os appellatur: quamus uniuersum os subind. coxendicis nomine comprehendamus. Femoris os supra rotum lo capite ceruici prolixo, & introrsum obliqua. te adnato, coxendicis ossi inarticulatur, infra uero duobus capitibus grandioris in tibia ossis sinus subit, sinu quodam in eorum caput medio existente, quo tub. dicti tibia ossis recipitur, peculiari etiam cartilaginibus in hoc articulo quadrupedum & auium genu similitudo inter. ienitibus. Iuxta femoris ceruicis externam sedem grandis app. et processus, quem natem & magnum rotato.

rem appellamus, intus quoq. alium obtinet processum, sed multo minorem exteriori, quem hac occasione minorem seu interiore rotatorem uocamus. In tibia, quemadmodum & in cubito, duo spectantur ossa, quorū internum crassitie exterioris longē uincit, totiusq. membri nomine comprehenditur, exteriori interm. ossi, quod femori nō articulatur, fibula appellatur. Ante tibiae cum femore articulum os rotundum, & mola patella uel dictum, scuti instar praecatur. Ceterum inae tibiae & fibulae partes externis ipsorum lateribus prominentes ac excarnes, malleoliq. appellatae, talum eadem sede in homine ac in quadrupedibus repositum, & eundem in illo ac in his usum subeuntē apprehendunt: cui calcis os subijciunt, tibiae rectitudinem in posteriora longē excedens. Anterior uero tali sedes in rotundum caput desinens, ossis nauicularis sinum subit, cui tria tarsi ossa coarticulari. Quartum enim exteriorisq. tarsi os cubi & tesser. imaginem exprimens, calci iungitur. Porro quatuor tarsi ossibus quinq. pedij ossa coarticulari, & his quinq. pedis digiti sustinentur, & quibus pollex duobus tantū ossibus efformatur, reliquis inter in tria internodia sibi uendicantibus. Quinciam in pede (quē homo quadrupedibus multo breuiorem obtinet) totidem ac in manu exigua occurrūt ossicula, quae scilicet semini comparamus: quam primo pollicis internodio hīc duo longē grandiora quā in manu subijciuntur, horumq. interior illud sit, quod occultae philosophiae sectatores corruptioni neuitquam obnoxium esse affirmant, & tantisper in terra asseruandum nugaciter contendunt, dum id resurrectionis tempore seminis modo hominem producat. Ad hāc, in pede non minus quā in manu ungues uidentur, quos non inopportunē substantiae gratia huc reponimus: quemadmodum inter partes aliquid suffulcientes referimus palpebrarum cartilagineas, cilia quo minus flaccide conciderent erigentes.

DE OSSIVM AC CARTILAGINVM · LIGAMEN ·

tis, & musculis arbitrarj motus instrumentis.

Capit. II.

colletur.
ad articulum.
h. subit.



a. p. r.

al. rotat.

e. ligam.

f. ligam.

h. ligam.

LIGAMENTVM non minus quā musculorum enervationes, & organa quibus animalis spiritus a cerebro deducitur, nerui nomine uulgo donati, corpus est simile, ex osse aut cartilagine principium ducens, sensus propemodū omnis expertus, durum, sed tamē cartilagine mollius, album, & in colligando, continendo, obtegeto, ac musculis constituendis uariis in hominum fabrica usus praestans. Musculus enim motus ex nostro arbitratu pendens instrumentum censetur, multis membranis ligamentiq. naturam possidentibus, & carne intertextis fibris formati, ac ut in se contrahatur, mouendamq. partem agat, neruorum a cerebro animalem uim adferentiu opem nō secus quā sensu organa requirunt: similiterq. ut reliquae quas enutriti oportuit partes, uenis ac arterijs irrigantur. Ceterum tendō musculi quaedā est enervatio, ac uelut illius fibrarum citra carnis interuentū coactio. Quippe tendō a musculo tunc solum producit, quando ille adeo longam sedem ab exortu (quem ab osse, aut cartilagine, aut membrana quāpiam hūit) ad insertionem (quam in mouendam partem molitur) obtinet, ut ipsius fibrae carnis primariae musculorum partis implexu uniuerso ductu non indigant. Adeo ut longiores musculi in tendinem modō teretem, modō latum, & ueluti membraneum, modō breuiorem, modō longiorē definant: breues autem musculi uniuerso progressu carni permancant, in nullam notatu dignam enervationem degenerantes. Porro frontis cutem membrana ipsi substrata, & carnis fibris adaucta mouet. Cutis namque natium corporis tegumentum exteriori tenuem admodum obnatam exigit cuticulam, ueluti ipsius uerq. cutis efflorescentiam. Interius uero per uniuersum corpus membrana quaedam cuti subducitur, quā quod alicubi (quemadmodum hīc in fronte) carnis fibris adaugatur, carneam uocari uisum fuit, atque inter hanc membranā & cutem adeps plurimus homini asseruatur. Superior palpebra etiam dicta nuper membranae beneficio mouetur: ea enim parte qua hīc ad internam oculi sedis regionem carnea efficitur, palpebram attollit: qua uero ad externam oculi sedem carnis fibris ad nostrā imaginem ductis enutritur, palpebrae motus deorsum autor euadit. Oculum septem agunt musculi, primus in latum introrsum, secundus extorsum, tertius sursum, quartus deorsum ducunt, quintus & sextus nonnihil oculum circumuertunt, primi & secundi musculorum

functionem parumper adiuuantes. Atq. hi sex forma, quae oblonga & quasi teres uisitur, inuicem correspondēt, & a dura membrana neruorum uisoria inuestiente pronati, in anteriorem durā ocoli tunica sedem iuxta iris latera orbiculatim membranis tendinibus inseruntur. Septimus uero his occultior, & solus neruorum uisoria in orbem ita ambiens, ut sex dicti simul conuē. uia cum sepeimo musculo inducant, in posteriorem durā oculi tunica sedem carnis implatur, & q. idem serē motibus cū sex illis musculis preest. Alteri nali alam sursum extorsumq. ducit musculus, ab interiori male latere pronatus, unaq. parte in alam, altera in superius labrum, quā id ala subijciunt, insertus. Introrsum uero alam contrahit membraneus musculus, in nariū ampliitudine sub tunica illas succingēte latitans. Buccae & labra agunt musculi utrinq. quatuor, ac primus a carnea constituitur membrana, carnis fibris in anteriori posticūm colli sede & facie ad malas usque enutriti, musculosaq. facta. Secundus a malis pronatus, superiorilabro implantatur. Tertius ab inferiori maxilla in h. m. labrum pertinet. Quartus admodū uariis in ea buccarum parte consistit, quam inflamus: atq. his accedit musculi illius portio, quem nali alam extorsum agere nouimus, qui unā cum dictis min. cos illos uariosq. buccarum & labrorum motus effingit. Maxillam inferiorem mouentium utrinq. etiam quatuor habentur, primus temporalis est, a uerticis osse, & frontis enatus, ac maxillae inferioris acuto processui insertus. Secundus a mandendo mansorius dictus, ab ea capitis parte quae iugale os nuncupatur, procedit, externae maxillae sedi insertus. Tertius a capitis processibus alarum imaginem exprimentibus, in internam maxillae sedem implantatur, unā cum dictis maxillam attollens, & in latera prorsumq. ac retrorsum agens. Quartus cum suo coniuge maxillae deorsum trahit, & a styli imitante capitis processui iniū ducens, duobusq. uentribus priuatiū donatus, ad summum mentum maxillae inseritur. Os u. referens deorsum rectā trahunt duo musculi innuicē proximi, atq. a pectoris ossis summo pronati. Sursum uero id ducit alij duo, a maxilla inferiori principiu ducētes: in latera autē id os sursum allicit uno uinque musculo, qui a capitis processu styli referēte nascit. Deorsum quoq. ad latera utrobq. unus mouet musculus, ab elatiori scapulae costa principiu obtinens. Octo praesentes musculi in anteriore ossis u. imaginē exprimentis sedē implantantur. Linguae radici a dicti iam ossis medio carnea moles implantatur, quae

quæ duorum musculorum uice numerari posset, introsumque & deorsum rectâ linguâ trahit. Ab eius ossis lateribus utrobique unus etiam lingue radice inferitur, introsum, sed tamen magis ad latera linguæ agens. Quintus & sextus lingue musculi in utroque latere linguæ à capitis processibus stylium referentibus enati, lingue radice implantantur, eam sursum, prout hic aut illic contrahitur, ad latera ducentes. Septimus & octauus utrinque singuli à lateribus maxillæ inferioris iuxta molarium dentium radicem enati, lingue longitudini secundum humiliora inferuntur, lingue partem ante sectionem in hiante ore conspicuam deorsum in latera mouentes. Nonus ab interna maxillæ inferioris sede iuxta luminum mentum prodians, eras sus cernitur, & aliquot donatus inscriptionibus, lingue humilioris sedis inferitur, eam extorsum agit, quantum præter hos musculos lingue corpus ante sectionem apparet, talibus implicetur fibris, ut magna Naturæ industria in omnem motus differentiam promptissimè feratur. Primam laryngis cartilagine secundæ committunt quatuor musculi, laryngis rimulam arcantes: & quatuor tertiam cartilagine secundæ necnunt, rimulam aperientes: & duo tertiam primæ colligant, rimulam claudentes: alij duo in tertie cartilaginis basi constitunt rimulam stringunt. Atque hi duodecim musculi, laryngis proprii uocantur. Communium uero duo ab ossibus simili primæ cartilaginis inferuntur, eamque antorsum attollentes, rimulam laryngis referant: & duo à pectoris ossibus pronati, in eandem quoque cartilagine pertinent. Dein duo à posteriori sede stomachi inuicem proximi principium ducentes, eius quoque cartilaginis lateribus totam carni (ut omnes sunt laryngis) inferuntur, unâ cum duobus postremis dictis laryngis arcantibus. Alij duo ab ossibus referent enati, & in laryngis operculi radicem inferunt, id sursum antorsumque uel lunt. In caput mouentium classem illi quoque reijciuntur, qui primam ceruicis uertebra priuam mouent, sunt autem uniuersæ septem paria, quod scilicet utrobique totidem enumerentur musculi. Ac primum par ex quinque superiorum thoracis uertebra spinis pronatum, sensim extorsum oblique ascendens, occipitis ossi implantatur. Secundum par, quod non duobus, sed pluribus efformari uidetur musculis, admodum uariarum cernitur, præcipua ipsius portio ex transversis quatuor superiorum thoracis, & quinque humiliorum ceruicis uertebra processibus enatum, introsumque nonnihil oblique descendens, occipitis ossi implantatur. Tertium à spina secundæ ceruicis uertebra enatum, & extorsum parumper oblique repens, occipitis etiam ossi inferitur. Quartum par similiter occipitis ossi inferitur, à prima uertebra inibi prodit, quâ alia uertebra in spinam desinunt. Quintum ab occipitis ossis medio transversum quodammodo ad laterales primæ uertebra processum fertur. Sextum à spina secundæ uertebra in eodem processu pertinet, similiter ac quinque nunc enumerata in posteriori ceruicis sede consistens, ac pariter ut tertium, quartum & quintum, musculis confis proflus carnis & terebuis & gracilibus. Septimum par insignis est, atque à pectoris ossis summo, clauiculisque quâ illi articulantur, utrinque unus pronascitur musculus, qui sursum oblique ductus in mamillarem capitis processum inferentem tendit. Ceterum primis quatuor paribus simul tentis caput rectâ retrosum ducitur: si uero trium primorum parium musculi ex altero latere eantum egerint, ad capitis circumuersionem auxiliabuntur, & in illo motu quintum & sextum par, primam ceruicis uertebra unâ cum capite in gyrum ducent. Septimum uero par musculis suum munus simul obeuntibus, caput rectâ antorsum flectitur: quâ autem alternatim laborant, circumuersionis autores efficiuntur. Verum ad capitis motum, quo id secundario cum ceruice flectitur, & extenditur, ac in latera ad humeros ducitur, ceruicis musculi famulantur, inter octo paria dorsum mouentia reponendi. Ac primum par à quintæ thoracis uertebra corporis lateribus incipiens, ad primam usque ceruicis uertebra perungit, stomacho subiectum, superioremque dorsum partem flectens. Secundum à prima thoracis costa utrinque prout, & interne transversorum ceruicis uertebra processum sedi inferitur, ceruicem in latera, sed antorsum magis, ducit. Tertium ex transversis sex superiorum thoracis uertebra processibus originem obtinens, externæ sedi transversorum uertebra ceruicis processum implantatur, ceruicemque retrosum inclinantem ad latera agit. Quartum par à septimæ thoracis uertebra spina ad secundam usque ceruicis uertebra pertinet, omnibus intermedijs uertebra, uti & primum par, inferitur, ac ex eisdem principium capiens, superioremque dorsum partem extendens. Quintum par utrinque etiam habet musculum, ab ilium ossibus in transversos lumborum uertebra processum, & infimam thoracis costam inferitur, inferiorisque dorsum partis flexus opificem. Sextum ab infima ossis fa-

ci sede in dorso incipiens, ad ceruicem usque fertur, in transversos processus lumborum, sed manifestus adhuc thoracis uertebra inferitur. Huius paribus ambobus musculis contractis, dorsum exten ditur: altero autem tantum laborante (ut & in alijs paribus) hoc quoque par obliqui seu in latera motus autor euadit. Septimum sub sex to occularum à posteriori sacri ossis sede principium ducent, ad undecimæ usque thoracis uertebra spinam descendit, omnibus intermedijs spinis asseritur, ac spinas inuicem colligendo, dorsum hic extendens: uti & in sua sede octauum par, quod ab undecima thoracis uertebra ad septimam usque ceruicis porrectum, ita prout intermedijs spinis committitur, ut septimum illis quibus adnascitur spinis. Scapulam ad pectus mouet musculus à thoracis secunda, tertia, quarta & quinta costis antequam in cartilagine illæ finit enatus, & trianguli modo in internum scapulæ processum inferitur. Secundus scapulam mouentium ab occipitis pronatus, & dein secundum ceruicis longitudinem ad octauæ usque thoracis uertebra spinam à uertebra spinarum apicibus principium sumens, in scapulæ spinam summamque humeri à clauiculæ portionem inferitur, tota sui parte que in ceruice constitit scapulam sursum uel lunt: ea uero quæ sub ceruice in posteriori thoracis sede habetur, monachorum que cucullis respondet, scapulam deorsum trahens. Tertius à transversis superiorum ceruicis uertebra processibus enatus, ac elatiori scapulæ basi angulo inferitur, illam quoque attollit. Quartus ex quinta, sexta & septimæ ceruicis, ac trii primarum thoracis uertebra spinis præcipue enascitur, scapulæque basi inferitur, eam ad dorsum nonnihil sursum contrahit. Primus brachij motum autor à media clauiculæ sede pectoris ossi proxima, & pectoris ossis pronatus, ac quodammodo in angulum arcatus, brachium pectori adducit. Secundus ab alia clauiculæ parte, & summo humero, & scapulæ spina principium sumens, suoy uertice brachij ossi transversum inferitur, id sursum uariè attollit, hunc humeri articulum pulchre regens, & figuræ non absimilis. Tertius à humiliori scapulæ costa prodians, brachium rectâ ad dorsum allcit. Quartus à sextæ thoracis uertebra spina ad humiliorum usque sacri ossis sedem ex intermedijs spinarum apicibus originem ducens, & uelut in trianguli uerticem coactus, in brachium inibi inferitur, ubi tres commemorati inferentem longè sub ossis capite scapulæ articulo moliantur, atque hic musculus brachium uariè deorsum trahit, uti ipsius principium perquam amplum est: necque ex puncto ita ducitur, ut musculi simplicem prius motum obtinui. Quintus uniuersum scapulæ cauum costas respiciens occupat. Sextus gibbam scapulæ sedem uniuersum sibi uendicat, sub ipsius spina consistentem. Septimus sinum implet inter scapulæ spinam & elatorem ipsius costam conspicuum. Hi tres amplius plantationibus in ligamenta humeri articulum ambientia inferuntur, brachij circumactus opifices, quamuis septimus & ad brachij elevationem aliquid auxiliari uideatur. Thoracem mouentium primum à clauicula enatus, in primam thoracis costam inferitur, illam sursum ducens, hacque occasione ad thoracis dilatationem iuuans. Secundus à basi scapulæ pronatus, tanquam digitis quibusdam octo superioribus costis longè antequam in cartilagine degenerent, inferitur, eas que extorsum mouens, thoracem dilatat. Tertius ex apicibus spinarum trium inferiorum ceruicis, & primæ thoracis uertebra iacuum membranicumque principium ducens, tenuis uelut digitis, tribus quatuor superiorum costarum interuallis sub scapulæ basi inferitur, eas que costas sursum oblique ducens, thoracem ampliat. Quartus ab ilium ossibus incipiens, sursumque ad ceruicem ductus, duodecim costis quâ primam à uertebra discedunt, inferitur, thoracem arcans. Quintus ex spinarum apicibus duarum infimarum thoracis & aliquot lumborum uertebra membranicum enascitur, & transversum ductus, ac nonnæ decimæ & undecimæ costis ubi in interiora reflectuntur inferitur, thoracem dilatat. Sextus in thoracis amplitudine repositus, uerarum costarum cartilaginibus pectoris que ossis lateri exporrigitur, thoracis constructioni præfectus. In duodecim costarum interuallis interiores ac exteriores musculi reponuntur, qui exteriores in costarum ossium interuallis consistunt, à superiori costa antorsum oblique suas fibras in humiliorum mittunt: interiores uero ab inferiori costa sursum oblique in anteriora, ad superiorem costam fibras porrigunt. In sex uero cartilaginum quæ legitimis costis asseribuntur interuallis, exteriorum musculorum fibre ab humiliori cartilagine in superiorem oblique antorsum repunt: interiores autem fibre à superiori cartilagine ad inferiorem antorsum pertinent, ac proinde in sex legitimarum costarum interuallis quaterni numerantur musculi, in spuriarum autem costarum interuallis bini tantum, uniusque

uerſus unius lateris intercoſtales muſculi quatuor ſunt & triginta, ad unum omnes arcando thoraci præfecti. Arque numerus hæc-
nus in uno latere thoracis quadraginta muſculis, alij totidem in al-
tero latere congruunt, & ſus octuaginta unus accedit, utrique lateri
communis, ipſum uidelicet ſeptum tranſuerſum infimæ poſterioris
oſſis & ſpurium coſtarum cartilaginibus et uertebriſ lumborum
ſuperioribus inſertum, ac in medio ætrecum, in circuitu uerò ad in-
ſertionem carneum, ut ſanguificationi generationi que ſubſerui-
entia organa à cordis & paruorum ipſi ſubminiſtrantium ſede dirimēs,
thoracem que proprio munere dlatans. His accedunt octo ab-
dominis muſculi, utrinque nimirum quatuor. Primus ſeu extimus
oblique deorſum in priora ſoras porrigit, cum ſuo coniuge toti ab-
domini inuolucrum efformans. Secundus oblique ſurſum in ante-
riora fibras mittit, & cum ſuo pari inuolucrum quoque abdomini
conſtituit. Tertius recta ſibi ſurſum ducens, à pubis oſſe ad pe-
ctus conſcendit. Quartus tranſuerſim fibras digerit, ac cum ſuo pa-
ri etiam, ut & oblique, inuolucrum abdomini extruit, ad thoracis
conſtrictionem non minus quàm ceteri abdominis muſculi ſupple-
tas ferens. Cubitum duo ſeſtant, quorum anterior unum ca-
put à ſcapulæ ceruicis elatiori ſede, alterum ab interno ſcapulæ pro-
ceſſu mutuatur, & illis efformans capitibus in radium inſeritur.
Poſterior à brachij oſſe enatus, in anteriorem cubiti articuli ſedem,
poſſimū uerò in ulnam inſeritur. Extendunt autem cubitum
tres, ac unus ab humiliori ſcapulæ coſta naſcitur, ſecundus à bra-
chij oſſis ceruicis poſteriori ſede, hi in deſcenſu inuicem connaſcun-
tur, & ipſiſ tertius admiſcitur, à media ſerè longitudine oſſis bra-
chij enatus, & ſimul cum illis in poſteriorem ulnæ proceſſum inſer-
tus. In interna cubiti ſede gracilis reponitur muſculus, qui ab in-
terno oſſis brachij tibi ſurſum onatus, in latum degenerat tendinem,
interne ſumme manus cuti magna ex parte ſubnatiſſimus beneficio
ea cutis minus uerſatilis, & ad tangendū aptior reddi credat. Ra-
dius in pronū duobus muſculis ducitur, uno quidē ab interna cubi-
ti articuli ſede enato, & in radiū oblique implantato: altero autē iuxta
brachiale ab ulna in radiū tranſuerſim ductio. In ſupinū uerò radius
alijs duobus fertur, uno quidem longo, & à brachij oſſe ad inferio-
rem radij partem, cui brachiale articuletur, pertinente: altero ab ex-
terna cubiti articuli regione ad mediam radij longitudinem obli-
que exporrecto, ibidem que inſerito. Brachiale quatuor præci-
puiſ agit muſculis, ac duo primi ab interno tubere brachij oſſis
pronatiſcuntur, & unus poſtbrachialis oſſi indicem ſuſtinenti, alter
uerò brachialis minimo oſſi implantatur. tertius à brachij oſſe ena-
tus, biſiſ tendine in poſtbrachialis oſſa indicem & medium ſuſti-
nentia inſeritur. quartus ab exterioro brachij oſſis tubere pronatus,
ac ulnæ exporrectus, in poſtbrachialis oſſe paruū ſuſtinentis digiti
inſertionem molitur. Duo primi ſimul brachiale ſeſtant: ter-
tius uerò & quartus ſimul contracti, id extendunt. Verū primo
ſimul cum tertio tenſo, brachiale in internum latum agit: ſecundo
autem & quarto unā laborantibus, id in externum latum inclinatur.
Digitiſ manus mouentium primus ab interna anterioriſ cubi-
ti articuli ſede enatus, ante brachialis radicē in quatuor diſſcinditur
tendines, ſecundis quatuor digitorum internodiſ inſertos, illaſq; ſe-
ſtentes. Secundus ab eadem ſede cū primo, ſed magis declinē, orio-
nem ducens, primo ſubſeruitur, in quatuor etiam diſſeruit, ad il-
les, qui primi tendinibus ſubieſti, ante ſecundi digiti u in internodiſ
reſectioſe tendines perforat, tandemq; in tertiā quatuor digitorū
oſſa inſertionem molientes, ea ſeſtant. Tertius à radio iuxta cubiti
articulum enatus, tertio pollicis articulo inſeritur, & illius que flexus
autor euadit. Tertium muſculum, in ſerialiſ tredecim humero ſub
ſequuntur, in extremā manu repositi, quorum bini primo ſingulo-
rum quinque digitorum oſſi inſeruntur, eius flexionis opifices, &
tres ſecundo pollicis internodiſ poſſimū inſerti id quoque ſe-
ſtant. Decimusſeptimus itaque digitoſ mouentium ab externo
brachij oſſis tubere natus, & indicis, medio ac anulariſ præcipue im-
plantatus, eos digitoſ extendit. Decimus octauus ab eadem qua nu-
per dictus ſede proceſſus, paruū digiti extensionis primarius autor
eſt, & uariis cum decimusſeptimi tendine tribus anulariſ digiti oſſi-
bus inſerto commixtus, etiam abductioni uerſus exteriora non ni-
hil inibi ſubſeruit. Decimus nonus cum illo qui uigefimus primus
erit, commune principium ab ulna, non procul à brachialis ſede
natiſcitur: & in duos ſerè diſſectus tendines, unum exterioriſ indi-
cis, alterum medijs lateriſ digitiſ, illorum que digitorum in exter-
num latum abductionis autor conſecutur. Vigefimus à brachiali pro-
natus, & externo poſtbrachialis oſſis paruū ſuſtinentis lateriſ ex-
porrectus, primo que eius digiti oſſi inſertus, illum ſemur extorſum in
latum abducit. Vigefimus primus externo lateriſ exterioris pollicis

regionis ad tertium uſque articulum implantatur, pollicis uerſus in
dicem extensionis autor. Vigefimus ſecundus ab ulna paulo ſupe-
rius quàm nuper dictus prodiit: & mox bipartitio ſeſſus, una por-
tione in tendinem ceſſat, brachialis oſſi pollicem ſuſtinenti inſer-
tum, & ductum, quo manus radij motum in pronum ſequitur, ad-
iuuantem. Altera autem pars in duas rurſus dirimitur, quæ ſin-
gulae unum efficiunt tendinem: & hæc quidem ſuum tendinem
primi pollicis oſſis exterioris ſedis interno lateriſ inſerit: illius uerò
partis tendo illi oſſi tantum obnaſcitur, in ſecundum & tertium
pollicis oſſe inſertus. Horum tendinum beneficio pollex inorſum
uerſus extenditur. Vigefimus tertius ad internū primi pollicis oſſis
latus ſedem obtinens, pollicē ab indice inſigniter abducit. Vigefi-
mus quartus ab oſſe poſtbrachialis indicem ſuſticiente enatus, &
primo pollicis oſſi præcipue inſertus, pollicem indicis proximē ad-
ducit. Superſunt adhuc quatuor graciles muſculi, quatuor tendi-
nibus ſecundi digitoſ mouentium muſculi in uola attenti, & in
internum latus primi quatuor digitorum oſſis inſerti, eorum que
digitorum ad pollicem in latus adductionis miniſtri. Reponun-
tur itaque in interna cubiti ſede muſculus, latum manus efficiens
tendinem, primus & ſecundus brachialis motuum autores, pri-
mus ſecundus & tertius digitoſ mouentium, & duo radij in
pronum ducentes. In externa autem ſede conſiſtunt decimusſep-
timus, decimus octauus, decimus nonus, uigefimus primus, uigeli-
mus ſecundus digitoſ mouentium, & tertius & quartus brachia-
lis motibus præſectores, & duo radij in ſupinum agentes,
ſunt que omnes numero nouen. Verū decem conſurgent, ſi à
uigefimo ſecundo digitoſ mouentium illam portionem diſtinxer-
is, quæ brachialis oſſi pollicem ſuſtinenti tendinem offert. In extre-
ma manu obſeruantur decem muſculi, primos articulos digitorum
ſeſtentes, & tres ſecundi pollicis internodiſ flexus autores, & dein
digitoſ agentium uigefimus, uigefimus tertius, uigefimus quartus,
& quatuor muſculi quorum beneficio quatuor digiti pollicis addu-
cuntur. Singuli uirorum teſtes cum ſuis ſeminalibus ualiſ tu-
nica obducuntur à peritonæo pronata, & aliquot rectis carneiſq;
fibris enutrita, inſimæ que ſemen deferentis ualiſ ſedi inſerta. His
fibris teſtiſ unus conſtituitur muſculus, cuius ope teſtis obſcure
ſurſum ueſtitur. Sic & membranz uterum firmantes, utrinque
carneis donantur fibris, hæc que ratione uteris utrobique unum
poſſidet muſculum, cuius auxilio leuiter ſurſum uerſus ſua contra-
hitur. Veſicæ ceruicis unus orbiculatim obnaſcitur muſcu-
lus, in teſtium uirum urinz excretionem prohibens. Item alius quo-
que muſculus, rectiſ intelliſ ſinem circularim ambit, immature
egeſtioni præſectus, & duo alij muſculi poſt egeſtioneſ rectum
intellinum alacriter ſurſum attollunt. Penis radij utrinque à
pubis oſſe gracilis inſeritur muſculus, nimis quàm ſegniter ad ip-
ſius tentiginem iuuans. Quinetiam ab anteriori ſede muſculi re-
ctum intellinum orbiculatim amplectentis, duo enaſcuntur muſcu-
li, inuicem ſibi proximi, & urinz meatui, quā ſub pubis oſſibus
ſurſum reſſectitur, implantati, meatui que in ſeminis eiactatione
quo minus ille ad flexum occidatur, dilatantes. Primus ſemur
mouentium ab ilium oſſis extrema ſede, & coccygis oſſis poſterioriſ
regione enatus, poſterioriſ magni ſemoris proceſſus ſedi, & eius
quoque radiciſ ampla inſertione innaiſcitur. Secundus ſub primo
magna ex parte reconditus, magis que ab anterioriſ ilium oſſis ſede
pronatus, etiam magno ſemoris proceſſui inſeritur. Tertius ſecu-
do longē minor, ipſoſq; penitus occultatus, ab ilium oſſe iuxta po-
ſterioriſ coxendicis acetabuli ſedem enaſcitur, magno etiam ſemo-
ris proceſſui inſertus, & ut duo priores ſemur extendens, extor-
ſumq; in latus agens. Quartus à tribus humilioribus oſſis ſacri oſſi-
bus pronatus, etiam magno proceſſui inſeritur, ſemur extendens,
& extorſum non parum circumducens. Quintus omnium cor-
poris muſculorum maximus, & pluribus partibus à coxendicis
oſſe ac pubis principium ducens, poſterioriſq; ſemoris ſedi ad hu-
miliora ipſius ulque capita inſertus, extensionis & rectæ ſtationis
autor habetur, ſemur etiam inorſum agens, idq; ipſius poſſimū
portione à pubis oſſis humiliori ſede pronata. Sextus à duabus mi-
limis thoracis & aliquot ſuperioribus lumborū uertebriſ inſitu
capies, minori ſemoris proceſſui inſeritur, ſemoris flexus unā cum
ſeptimo autor: qui à tota interioriſ oſſis ilium ſede enatus, minori
quoque proceſſui elatius ſexto implantatur. Octauus à pubis oſſe
pronatus, ſub minoriſ proceſſui ſemoris longa inſertione implanta-
tur, id quidem ſeſtens, uerū etiam impenſe inorſum mouens.
Nonus anteriorem pubis oſſis foraminis ſedem occupans, maio-
riſ que ſemoris proceſſui inſertus, inorſum ſemur circumueſtit.
Decimus poſterioriſ interiorem uē diſtiſ iam foraminis ſedem ſi-

bi vendicans, & secundum coxendicis ossis posteriora tutillime reflexus, ac uelut alijs musculis hic pronascentibus adactus, maiorique femoris processui implantatus, femur extorsum circumuertit. Tibiam agentium primus ab ilium ossis spine antica sede enatus, & admodum oblique secundum femoris internam sedem ductus, anteriori tibiae sedi inseritur, totiusque corporis gracilissimus, & simul longissimus musculus efficitur. Secundus à pubis ossium commissura enatus, in eandem cum primo sedem inseritur. Tertius à coxendicis ossis appendice principium obtinens, in eam quoque sedem tibiae implantatur. Quartus ab eadem sede coxendicis ossis pronatus, & portionem sui à femoris osse in descensu assumens, tibiae cum fibula articulo, sed potissimum fibulae inseritur. Quintus ab eadem etiam regione principium adeptus, in anteriorem tibiae sedem cum tribus primis, uerum minus declius, implantatur. Sextus ab ilium ossis spina pronatus, membranæ modo musculi os femoris amplex: nitibus obducitur, & potissimum ad exterius latus genu articuli inseritur. Septimus à radice magni femoris processus enatus, & externum femoris latus occupans, cum os genui & nono tendinem efformat, cui patella innascitur. Octauus enim à ceruice femoris & radice maioris ipsius processus originem ducens, quasi totum femoris os proximè ambit. Nonus à coxendicis ossis tubere supra ipsius cum femore articulum, anteriori in parte conspicuo originem fumens, & septimo & octauo instratus musculis, ad anteriorem genu regionem fertur: ac in tendinem degenerans, cum duobus nuper dictis unum confuit tendinem, anteriori tibiae sedi ualidissime implantatur, atque ita primus, sextus, septimus, octauus & nonus tibiae extensionis opifices habentur, secundo interim, tertio, quarto & quinto tibiae liquidè extendentibus. Qui in poplite latitat musculus, & ab externo genu articuli ligamento in tibiae os oblique pertinet, tibiae non flectit, & si quid agat, oblique motum imitatur primi radium in prouum mouentis musculi. Eorum qui pedem mouent, primus ab interno femoris capite iuxta genu articulum incipit, uti & secundus ab externo capite principium nanciscitur, ambo posteriorem furæ partem constituentes, & cum quarti pedem mouentis musculi tendine congrementis, in calcem inferuntur. Tertius exiguus est musculus, ab externo quoque femoris capite pronatus, & in poplite regione adhuc in tenuissimum tendinem definit, calcis ossis interno lateri inferum. Quartus, pedem mouentium maximus est, ac à fibulae cum tibia coarticulatione incipiens, in ualidissimum definit tendinem, cui duorum primorum tendo unitur, simul cum ipso calcis inferum. Quintus musculus tibiae ac fibulae posteriori sedi proximè allocatus, ab ipsa pronascitur ossibus, ubi illa primum dehiscunt, & iuxta interioris malleoli posteriora tendinem educit in tarsi os, quod terferam imitatur ossi conterminum est, inferum. Sextus in anteriori tibiae sede positus, à tibiae osse quâ illi fibula superius coarticulatur pronatus, tendinem in radicem pedis ossis pollicis suffulcens inserit. Septimus à fibula principium ducens, externum tibiae latus occupat, ac tendinem sub pedis inferiora reflexum, pedis ossi pollicem suffulcens inserit. Octauus septimo occiditur, atque à fibula etiam enatus, tendinem inserit radici ossis pedis paruum digitorum sustentis. Nonus pars est eius quem quatuor pedis digitos extendere mox dicturus sum: inferitur uerò ad medium fere longitudinis ossis pedis, ante paruum digitum positi. Primis quinque musculis pes extenditur, seu fortiter terræ admouetur, quamuis tertius musculus id inualidè praestet: & si quid ad pedis motum facit, eum in obliquum uersus interiora agit: sexto autè, septimo, octauo & nono pes flectitur, horumque musculorum beneficio pes laterales motus, prout singuli agunt musculi, experitur.

Pedis digitos mouentium primus in planta totus collocatur, & in finis parte membranam impenfe crassam, & lato in manu tendini non absimilem pertinaciter obnatam possidet: & à calcis osse pronatus, secundis quatuor digitorum intermedijs singulos tendines offert, eorum flexus autores. Secundus & tertius posteriorem tibiae sedem perreptant, & secundus tibiae ossi magis quam fibulae expor rectus, ab illoque pronatus, tendinem in plantam mittit, qui in quatuor dissectus tendines, singulos quatuor digitorum tertijs ossibus inserit, primi musculi tendines, perinde ac in manu sit, perforantes, cap ossa flectentes. Tertius à fibula ad tibiae nexu enatus, & etia fibulae multum expor rectus, tendinem in plantam profert: à quo exigua portio tendinibus commiscetur, indicis & medij tertium internodiam flectentibus: reliquis autem totus in secundum pollicis os inferitur, illius flexionis autor. Decem musculi his succedunt, qui insigniter miruè implecti, ac pedis ossibus adnati, prima digitorum ossa flectunt, duobus musculis ad singulos digitos pertinentibus. Decimus quartus igitur, cuius pars nonus pedem mouentium

consecratur, à tibiae anteriori sede pronatus, in quatuor dirimitur tendines, qui quatuor digitis inferi, eorum extensionis autores censentur. Decimus quintus ab anteriori tibiae sede etiâ procedens, pollicis inferitur, ipsius extensionis opifex. Decimus sextus in superiori pedis sede reponitur, carneaque est moles in quatuor diuisa tendines, quorum unus pollicis superioris sedis externo lateri implantatur, secundus indicis, tertius medij, quartus anularis: atque hi tendines eorum digitorum in externum latus abductionis opifices sunt. Decimus septimus externum pedis latus occupans, & parui digiti primo ossi inferitur, illum à ceteris remouet. Decimus octauus interno pedis lateri expor rectus, pollicem à ceteris digitis abducit. Dein in pedis planta carnea consistit substantia, in quatuor graciles dissecta portiones tendinibus adherentes, quorum ministerio tertia quatuor digitorum ossa flectuntur. Haec portiones interno quatuor digitorum lateri ad primum articulum inferat, eorum ad pollicem aductionis autores habentur, ac proinde si istas quatuor portiones quatuor musculorum uice enumeraueris, in tibiae posteriori sede obleruabis primum, secundum, tertium, quartum pedem mouentium, secundum & tertium digitos mouentium, et sub illis quintum pedem mouentium. In anteriori uerò sextum, septimum, octauum, nonum pedis motum autores, & decimum quartum, decimum quintum digitos mouentium: in pede autem habueris primum digitos agentem, & decem prima digitorum ossa flectentes, & decimum sextum, decimum septimum, decimum octauum digitos quosque mouentium, nisi decimum sextum in plures diuidere proposuisset. Porro in musculorum enarratione passim ligamentorum non memini, quod magna ex parte articuli inuicem respondent. Omnibus enim articulis orbiculatim ligamentum ab uno osse in aliud, aut in cartilagineum, uel à cartilagine in os, aut cartilagineum in ferum priuacim obducitur, paucis que articulis ligamenta accedere peculiaria. Vt in capitis articulo teres quoddam à dente secundae ceruicis uertebrae in occipitis os ducitur, & secundum dentis posteriori sedem in prima uertebra unum transuersum fertur. Vertebrae corpora ligamenti admodum cartilagineis committuntur, ascendentes uerò & descendentes eorumdem processus ualidis quoque, sed tantum ambientibus colligantur: dein in spinarum interuallis membranaceum consistit ligamentum, sicut in cubito & tibia, ubi ossa hic inuicem dehiscunt: in super in pubis ossium foraminibus huius generis occurrit ligamentum, seu membrana potius. In humeri articulo tria peculiaria uidentur, quorum primum teres est, & ab interno scapulae processu enatus, in externum humeri caput fertur, alia duo ab elatiori ceruicis scapulae sede enata, in idem caput pertinent, & unum quoque hic ab interno scapulae processu in summum humeri ducitur. In brachialis ossium inter se & cum postbrachialis ossibus connexa, ut & in pede, passim cartilaginea ligamenta interueniunt. A sacro osse duo teretia in coxendicis os pertinent. Ex femoris superiori capite teres ligamentum in coxendicis acetabulum inferitur. In genu articuli medio cartilagineum consistit ligamentum, & dein in posteriori ipsius sede, & utrinque ad latera unum peculiare secantibus obuuium est. Ex ligamentorum uerò transuersum tendinibus obductorum, tendines que ne sua sede declinent, continentium numero, in interna brachialis fede unum consistit, & secundum uniuersam internam cuiusque digiti sedem unum continuum habetur, iuxta brachialis radicem in externa radii & ulnae flecto occurrunt. In anteriori tibiae sede iuxta talum unum quoque obleruatur, & tria inter calcem internam que malleolum, dein unum inter calcem & externum malleolum. Sic & in interna inferioriue pedis digitorum sede, huius quoque generis ligamenta spectantur.

DE ORGANIS NUTRITIONI,

quæ ex cibo potuque fit, simulantibus.

Caput III.



QVANDOQ VIDEM homo propter semen genitale sanguinemque menstruum, generationis nostrae primordia, & eorum quibus consistamus materiam immortalis fieri nequit, in mensuram rerum Opifex, ut is quam diutissime uiuat, & species ipsius nunquam deficiens semper immortalis perleuet, sollicitè machinatur. Vt enim ad debitum incrementum homo attingeret, ac illa quæ in istis calce perpetuè depascitur, quam fieri posset proximè resuscitarentur, ex-

D garia

gana nutritioni multatam famulanti obonimus. Cibus namque dentibus, quò postmodum leuiori opera conficiatur, extractus, per inde ac potus ab ore in uentriculum, tanquam in promptuarium, per uiam ducitur, quæ duabus proprijs tunicis tendi, acque in se concidere aptis formata, ex faucibus sub aspera arteria, ac dein secundum thoracis ueruebras per septum transversum in superius, lissimum uel uentriculi orificium pertinet, & stomachus aut gula uocatur. ^h Venter uero inter iecur & lienem sub septo repositus, & insigniter capax, & secundum transversum oblongus, in sinistra corporis sede quam in dextra amplior, & duabus demum tunicis distendi contrahi que idoneis, & tertio quodam inuolucro quod peritonæum educit intestis, efformatus: & compluribus uenis, arterijs ac nervis implexus, quod ab ore illi delatum est concoquit, ac uelut in lacteum cremorem insita ui emutat, quem per suum inferius orificium ex elatiori sede dextri ipsius lateris exortum, in intestina propellit, quæ corpora sunt teretia uno continuo quæ ac iunioribus oribus gyris que tortuoso ductu à uentriculo ad podicem pertinent, & similiter ac uentriculus duabus proprijs tunicis extructa, quibus tertia à peritonæo accedit, non minus quam duæ propriæ, laxari contrahi que apta, non tamen undique pariter ampla. Intestinarum siquidem à uentriculo procedens origo, secundum uentriculi posteriora ad dorsum usque reflexa, & duodenum nobis appellata, ac dein huic succedens intestinalum pars, quam ieiunum dicimus, & ea quæ illius seu uoluitus nuncupatur, suisque oribus alia & sedem undique umbilico subiectam & contemini nam implet, pari quodammodo constat amplitudine, quæ quum arcta sit, ut dictis nuper intestinalum paribus gracilium nomen in debeat, in causa fuit. Porro intestinalum pars in quam illi terminus cessat, impenite crassa & ampla uisitur, ipsius appendiculum continuatur, instar lumbrici inuolutum angustum que, & uno ore donatum, idcirco cæci dissectionis proceribus appellatum. Ipsa uero crassa intestinali pars à dextri renis sede ad iecoris caui ascendens, hinc secundum uentriculi fundum ad lienis sedem, & illinc secundum sinistri renis sedem deuoluitur, & gyro quodam in sinistra pubis sede reflexa, toto que illo ductu colum constituit, super ossis sacri initium recta deorsum ad anum fertur, recti ac principis intestinali nomen inibi obtinens. In hac itaque intestina quicquid uentriculus conficit, depellitur, per uarios illorum gyros deuoluitur: uenæ autem quæ innumera serie à iecoris cauo una cum arterijs à magna arteria depromptis, inter duas membranas intestina dorso colligantes, multa que pinguedine ac glandulis abundantes, & melenterium uocatas, in intestina pertingunt, ex ipsis (sed postmodum gracilibus) intestinalis, quæ quædam inueniuntur idoneum est, simul cum a quo tenuis que concoctionis uentriculi recremento excugitur, id iecori sanguificationis officina deferentes. Ipsum autem crassius & ineptum sutioni recrementi sensum in crassa colligitur intestina, illic tantisper assensandum, donec hominem molestant, recluso recti intestini orbiculatim ambiente musculo, semel uniuersum que hominis arbitratu egeratur, iecur in nullas diuitemprum fibras lobos uel, ipsi subministrantur organorum elasticissimam sedem occupat, ac uentriculo magna ex parte incumbens, septo que transuerso proximè subditum, & magis dextram quam sinistram corporis sedem implens, supra gibbum, infra cauum uisitur, accumbentium illi partium formæ ad amuliam congruens, & multarum uenarum implexu, quibus propria iecoris substantia concreto nuper sanguini similis circumfunditur, efformatam, tenui que inuolucro ab ipsius ligamentis quibus peritonæo firmatur procedente obtegitur, nervulos que duos & arteriam item unam admittens, & naturalis seu altricis, aut, ut Plato dicebat, uenereorum ciborum & potuum concupiscibilis animæ fomes. Cæterum uenarum per iecur diffusarum una series in gibbo ipsius consistit, ad cauam pertinet uenam, altera in iecoris cauo reponitur, portæ uenæ caudicem constituit: quæ primum uesiculae bilem flauam recipiunt furculos duos promittit, dein uentriculi posteriori sedi iuxta inferius ipsius orificium: inde uentriculi fundi dextræ parti ramus offertur, à quo ramuli in uentriculum & superiorem omenti membranam sparguntur, quod membraneum est corpus sacculi modo extructum, & uasis tutò deducendis præcipue adaptatum: quanquam quum uenis arterijs que & pinguedine illis assuta scateat, intestinalum quoque calori fouendo auxiliatur. Instar circuli enim à dorsi medio sub uentriculi posteriori sede incipiens, per iecoris cauum ad fundum uentriculi (à cuius tertio inuolucro inibi pronascitur) ad lienis cauum, & hinc ad dorsi medium suo ueluti initio defertur. Hinc uero sacculi instar deorsum protensum, anteriori intestinalum sedi obuoluitur, innatat uel, colum intestini quæ uentriculo exporrigi-

tur, melenterij uice dorso committens. Cæterum portæ caudex postquam omento suffultus, dictas nuper depromptis propagines, in duos partitur trunco, ac dextrum qui grandior est, per melenterij uariè digestum, intestinalis offert, prius duodeno intestino, & ieiuni initio ramum exhibens, glanduloso corpore huic intestinalum sedi exporrecto suffultum. Sinister truncus inferiori membrana omenti intextus, uentriculi posteriori sedi quæ dextram dorsi partem respicit, paruum offert propaginem, dein etiam omenti inferiori membrana, mox glandulis hic uasorum tutæ distributioni præfictis, & colore carnis: dein secundum posteriora uentriculi ramus ab illo ascendit, uentriculi dorsi medium spectanti sedi furculos primum exporrigens, & coronæ ritu superius uentriculi orificium amplectens, à quo præter furculos deorsum sursumque depromptos, unus secundum uentriculi posteriora ad inferius uentriculi orificium prorepit. Ipse autem sinister portæ caudicis truncus sinisterrimum semper tendens, insignem hic quoque promittit uenam, omento & colo intestino implicitam: ille uero in uarias sedes propagines, & soboles adhuc humiliori omenti membrana spargens, lienis cauo inferitur, ab ipsius propaginibus, antequam lienem subeant, uentriculi sinistro lateri ramulos offerens: inter quos insignis occurrit, qui fundum uentriculi in sinistra sede perreptans, uentriculo & superiori membrana omenti soboles deriuat. Venæ portæ autem soboles per iecoris substantiam distribute, quicquid ab intestinalis & nonnulli à uentriculo quoque iecori derulerunt, in se continent: ac iecur eius cremoris optimum concoquens, in sanguinem id emutat, suæ etiam concoctionis duplex recrementum, ut in uini omni que concoctione alia fieri cernimus, obtinens: unum quidem crassius, quod uelut sanguinis flex & lutu censetur, atque bilis uulgo ferè dicitur: & per portæ uenâ in lienem ablegatur, qui ad sinistram uentriculi latus ad inferiora posteriora repositus, lingue crassioris imaginem exprimit, accumbentium organorum formæ iecoris ritu congruens, & multis uenis ac item arterijs intertextis, quibus propria lienis caro lutofo sanguini similis, & tenui tunica, quam omentum porrigit, insecta obnascitur. Lien itaque crassius iecoris recrementum ad se allicere, atque in ipsius nutrimentum conuertere, & si quid sibi adaptare nequit, in uentriculum id eructare credimus. Tenuis autem iecoris recrementum, quod uelut hosi uni habetur, bilis flaua est, quam meatus inter portæ & caue propagines per iecoris substantiam digesti in se alliciunt, & sensim collecti in unum meatum cessant: qui ex iecoris cauo eductus, in bilis uesiculam pertinet, caue iecoris sedi instar oblongioris piri media ipsius amplitudine innatat, & corpore constantem distendi laxari apto. In hac uesicula bilem alteruari dissectionis professoribus pertualum est, donec ipsa meatus peculiaris beneficio illam in duodeno intestinum protrudat: simul cum siccis nutrimenti recrementis egerendam, ac intestina sua mordaci facultate ad propellendum irritauram, atque pituita illis insident liberaturam. Cæterum sanguis dictis nuper exercementis repurgatus, ex angustissimis uenæ portæ ramis in arctissimas caue uenæ propagines contendit, tenui aqueo recremento, quod ex intestinalis in iecur assumptum fuit, uesicula loco utens. Id namque hætenus sanguinem conuocans, & simul cum sanguine in cauum uenam consensens, sui in his angustis insignem usum præstat. Quum uero hac usque sanguini prompte digestionis nomine astitit, & sanguis tantam ipsius copiam insuper non requirit, consonum fuit, ut id à sanguine alioquin onus ipsi futurum expurgaretur: cui muneri renes appositissime famulantur, utrinque singuli ad uenæ caue latera, & iecori proximè allocati, ac maximam feroli illius humoris portionem strenuè ad se allicientes, illam que à sanguine excolentes. Quod quo opportuniùs moliantur, insignis uena & item arteria reni transversim exporriguntur, ac ren in suum membraneum & ampliter cauum, in multas que dissectionem propagines, serolum sanguinem excipit, & substantia renis illi sinui obnatæ, & duplici tunica obtegitur beneficio urina expurgat, illam in alium deducens sinum, quem urinarius meatus uenæ modo constructus excipit, hanc in uesicam delaturus. Vesica etenim rotunda lagenæ quodammodo ritu urinam sensim admittentis, ad posteriorem pubis ossis sedem posita, peculiari constat tunica simplici & neruea, triplici que fibrarum genere intertexta, & contrahi ac distendi prompta, cui à peritonæo abdominis uel membrana, quæ hætenus dictorum organorum est inuolucrum & firmamentum, alia obducitur. In posteriorem uesicæ sedem haud procul ab ipsius ceruice, à singulis renibus singuli meatus admodum industrie inferuntur, ipsa que tantisper urinam colligit, donec illa aut copia aut qualitate hominem molestant, recluso orbiculatim uesicæ ceruicem ambiente musculo, uniuersum excernatur. Sanguis hac industria repurga-

repergitur per cauae uenae ramos, seu riuulos quosdam uniuerso corpori digeritur, ut singulae partes sibi familiare ex sanguine emulgeant, id quod emittunt: ac sibi apponentes, in proprium nutrimentum conuertunt: ac domum huius concoctionis quoque recrementum à se proprijs functionibus abigant. Porro⁹ cauae series eiusmodi plurimum obseruatur. ubi ea in posteriori iecoris sede consistit, ex anteriori ipsius regione ramos promittit, in iecoris gibbum numerosa serie digestos: sursum autem ascendens, ac septum transversum eam cordis inuolucrum perforans, duas propagines septo largitur. Ad dextram cordis aurem caua ampliori orificio in dextrum cordis uentriculum dehiscit, quam cauae orbicularis amplitudo uspiam uisitur. A posteriori eius implantationis⁹ nisi mauis dicere exortus⁹ sede, uena prodit, cordis balem corone modo cingens, & deorsum per cordis superficiem ramulos digerens. Causa à corde sursum conleuendens, ac cordis inuolucrum inibi praetergressa, uenam paris expertem, & octo frequentius inferiora costarum interualla utriusque enutrientem, à dextro latere promittit. In iugulo autem tota bipartita scinditur, ab ipsius anteriori sede pectoris ossi & interseptionibus thoracem membranarum uenas offerens, abdominis superiora perperantes. A radice uero alterius trunci facit modo in iugulo bipartitionis insignis promittit uena, super primam costam in axillam procurrens, sed prius in thoracis cauitate ramum promittens, in tria superiora sui lateris costarum interualla abluendum, & alium per transversos ceruicis uertebrae processum in caluariam usque porrigendum, & alium in posteriora thoracis iuxta ceruicis radicem spargit. Praesens uena thoracem egreditur, interduum hic⁹ humerariam promittit uenam, & ramum musculis anteriori thoracis sedi intratis: alium posteriori sedi thoracis, & cauo scapulae: & lateri thoracis alium digerit, in axillam festinans. Trunci autem in iugulo facit bipartitionis reliquum in duos impares ramos discinditur, & horum interior gracilior⁹ internam iugularem constituens uenam, duobus propaginibus duram cerebri membranam aduentibus, caluarii subit. Exterior uero ab externo latere propaginem, ex qua humeralis uena constituitur, deducens, sursum conscendit, & superficiali efformans iugularem uariè ad fauces usque excurrentem, & in linguam, laryngem, palatum, faciem, tempora & uerticem distributam, tribusque uenis caluariam ingredientem. Humeralis uero priusquam sub clauicula & summo humero in brachium ferretur, ramum posteriori ceruicis sedi, & alium scapulae gibbo, & alium summi humeri superiori sedi exporrigit, & secundum caeterum latus musculi cubitum flexionem anterioris sub cute prorepens, furculosque gycales cuti depromens, supra cubiti articulum dissecta, aliquando unum ramum penitus laeuissimum, & mox absumptum, ad cubiti articulum deferit. aliam sub cute oblique ad cubiti flexum medium cum⁹ axillaris uenae ramo coitum, communemque uenam constitutum. tertium sub cute secundum radium in posteriora cubiti, ac tandem ad brachialis radicem iuxta ulnae extremum mittit, qui axillaris propagini inibi commixtus, parui & annularis digitorum exteriora seandit. Axillaris in axilla latrans, & cuti anteriorem brachij sedem uersus interiora inuoluenti ramum offerens, furculum praebet capitibus musculorum cubitum extendentium, & alium illorum medietate propemodum longitudini, dein aliam propaginem cum quarto brachij potente neruo secundum brachij posteriora ad cubiti usque exteriora ablegat. Mox in duas secta uenas, unam prorsus toto ductu in profundo submersam, ac arteria semper conuolutam, per cubiti articuli flexum medium deducit, quae ante cubiti longitudinis medium in duas secta propaggines, unam secundum radium, alteram secundum ulnam uersus brachiale porrigit. & hic rursus in furculos dirempta, in internam digitorum sedem ita digeritur, ut singulis digitis duae offerantur soboles, & furculus quidam inter pollicis primum intermedium & postbrachialis os indicem sustinens, ad manus externam sedem pertingat. Altera autem uena sub cute semper exposita, iuxta cubiti articulum in duos partitur ramos: quorum aliter oblique uersus cubiti articuli flexum contendens, cum humeralis ramo commiscetur, simul cum illo communem efformans uenam, quae duabus illis⁹ medijs uenis constituta, ac oblique deorsum repens, radiumque tandem conscendens, in externa cubiti sede insitit Y in duas discinditur soboles, quarum altera medij digiti possimum externam sedem petit, altera uero pollicis & indici offertur, furculum in internam manus sedem spargens, ramulis montem Veneri lacrum implicantes commiscendum. A alter axillaris iuxta cubiti articulum facit diuisionis ramus, uarias propaggines in cubiti internam sedem depromit: quibus crebro uena accedit, ab altero uenam communem constituentium ramo, quem axillaris porrigebat, enata. Haec propaggines admodum

uariè modò coeunt, modò rursus inuicem diremptae, ac internam cubiti sedis cutem implicantes, tandem in internam manus cutem proripiunt. Caeterum insignior eius rami propago ulnae exposita, & in cubiti exteriora eam furculos promens, iuxta brachialis radicem humerariae ramo commiscetur, ad paruum digitum & annularem contendit. Causa uenae pars sub iecore deorsum repens, à sinistro latere ramum offert pingui renis sinistro tunicae & loeis reni conterminis. Dein singulis renibus magna depromitur uena. Ab elatiori sede uenae dextrum renem petentis, quae frequenter altius uena sinistro reni propria iniitum sumit, propago pingui dextri renis tunicam accedit. Ab illius uero quae ad sinistram proficiscitur renem, humiliori sede sinistra femoralis uena exoritur, dextra interim à cauae caudice demissius multo principiu ducente. Porro ubi caua uertebrae lumborum inniuitur, geniculatim illis propaggines dat, in musculos proximios et ad abdominis usque latera absumenda. Atque harum illae sunt praecipuae, quae à caua inibi pronascuntur, quae supra ossis sacri ad lumborum uertebrae nexum in duos pares discinditur trunco, quorum sinister perinde ac dexter furculos quosdam ossis sacri foraminibus offert: & in duos partitur ramos, quorum interior propaginem mittit in musculos exhausti dam, qui ossis alium & sacri posteriorem sedem occupant, & aliam deriuat in uescam, & penem, & mulieribus in uterum multiplici sobole pertinentem. Quod reliquum eius rami est, ab externo ramo portunculam assumens, per pubis ossis foramen in femur ducitur, cuti & musculis internam femoris sedem occupantibus furculos exhibens, & ante genu articulum cellans, suoy termino cum alterius crus petentis uenae ramo, ut mox dicam, coeunt. Exterior namque ramus sinister cauae trunci per inguina femur aditurus perisongo propaginem offert, in inferiorem abdominis sedem ad umbilicum usque abluendum: in femur uero procedens, pubis cuti & pudendi muliebris colliculis sobolem porrigit. Verum insignem uenam per femoris & genu & tibiae interiora, sub cute ad pedis usque digitorum summum distulndit, in progressu sparsim cuti ramulos depromentem. Aliam quoque sub cute ad coxendicis articuli anteriora deriuat, ipse autem penitus inter musculos submersus, propaginem communicat musculis, & cuti in externa femoris sede locans, & aliam offert musculis internam anterioremque femoris sedem sibi uendicantibus. Atque cum hac propaggine extremum uenae eius coit, quae per pubis ossis foramen descendit. Hinc grandis uena secundum femoris posteriora retorquetur, propagines eius sedis musculis communicans, à quibus ramuli in cutem pertinent, tum sursum, tum deorsum ad suram usque excurrentes. Iner inferiorem uero femoris capita grandis haec uena in duos scilla trunco, minorem anterioremque uersus fibulam deriuat, à quo praeter soboles anteriorem genu sedem petentes ramos discinditur, sub cute externam tibiae sedem uersus posteriora obtegente, ad digitorum usque superiora uariè dissectus. Quod uero reliquum est, altius inter musculos externae fibulae sedi attenuatos occultatum, ultra tibiae longitudinis medium properat. Interior autem truncus insigniter amplius, ramum dispensat secundum internam tibiae sedem uersus posteriora sub cute ad pedis usque digitos dispersum. Deinde alium depromit, per suram nonnihil reconditum, ad calcem usque pertingentem. Quod uero huius trunci praecipuum est, musculos posteriorum tibiae sedem occupantes subit, & ab anteriori ipsius regione ramum per ligamentum membraneum demittit, fibulam tibiae alligans: atque sub anterioribus tibiam integumentibus musculis abconditis, ad pedis usque superiora pertingit. Ipsa autem uena secundum posteriora descendens, & hinc inde cuti & conterminis musculis ramulos offerens, tandem inter calcem & tibiam pedis inferiora subit, inibi in musculos & digitos in eum modum distributa, ut duae soboles singulis offerantur.

DE CORDE, AC ORGANIS

ipsius functioni subministrantibus.

Caput IIII.



ORGANORVM, quae iusto nobis calori creando, & spiritibus restituendis emittendisq; fabricantur, cor inascribibilis animae sedes facile praecipuum censetur, instar nucis pineae antè ac postè compressae effigiatum, et sua basi sub pectoris ossis medio collo catum, suoque mucrone in sinistram latem impositè anteriorum uerticis, substantiaque constans carnea, sed quam musculo-

E rum

rum est substantia duriori & triplici fibrarum genere intertexta, ac uenis arterijsq; proprijs donata. Dein cor duos^o sinus seu uentriculos possidet, quorum alter in dextro consistens latere, amplior ac rariore tenuiorq; cordis substantia obductus cernitur, & caue uenae orificium ad hunc pertinet, cui tres membranae introforum ductae praeficiuntur. Quinetiam uas arteriae constans corpore, sed uenarum munere fungens, ac proinde^o arterialis uena appellatur, ab illo uentriculo egreditur, in ipsius orificio tres quoq; exigens membranas extrorsum spectantes. Alter autem uentriculus in sinistro repositus latere, & crassa praecipuaq; cordis substantia circumdatus, etiam duobus donatur orificijs, quorum humilior uasis cuiusdam est, arteriae, quod ad aërem attinet, ulum praestantis, at uenae corpore refformatur: & proinde^o uenalis arteria appellatur, & in ipsius orificio duas membranas introforum conuenientes exigens. Elatius uero orificium arteriae magnae dedicatur principio, cui etiam tres membranas Natura largitur extrorsum respicientes. Atq; hi sinus^o septo intertinguntur impense crasso, & comprimi distendiq; apto, & in suis foveis plurimis (ut & cordis uentriculi) abundanti corpore extructo. Totum uero cor membrano quodam^o inuolucro tegitur, ipsi nulla ex parte connatum, & corde multo ampliori aequoq; humore intus rotato. Hoc exterius inferiori sua sede septo transuerso non mediocri amplitudine connascitur, in lateribus autem duabus continetur^o membranis cavitatē thoracis interficientibus, & inuolucrum hoc, ut cor in sua sede seruaretur, suffulcentibus. Pulmo autem reliquam thoracis cavitatem, quam cor & ductae nuper membranae & stomachus deorsum descendens non occuparunt, implet, undiq; sese accumbentium partium forme iecoris modo adaptans, ac proinde bubulo, aut alioquin bisulco pedi admodum similis, & primum dextra parte & sinistra conformatus: quae rursus singulae in duas fibras lobos uel diremptae, multis uasorum implexibus extructae. Asperae namq; arteriae faucibus (ubi etiam^o conuallae & alia duo glandularum genera consistunt) in thoracem deducit, & ut uoci famularetur partim cartilagineae: ut uero concidere distendiq; apta efficeretur, ac respirationi subseruiret, partim membranaceae, rami pulmonē passim implent: & arterialis uenae a dextro cordis uentriculo familiarem sanguinē pulmonī preparatē, procedens, eumq; sanguinem pulmonī offerens, innumera serie in pulmonem distribuitur, similiter ac uenalis arteria frequenti serie pulmonem implens. Atq; his uasis fungosa, mollis, spumosa & admodū sequax propriaq; pulmonis substantia circumfunditur, quam tenuis admodum & pulmonis dilatationem compressionemq; haud prohibens tunica proximē ambit, tunicae costas succingentē semper attigua. Ceterum quia pulmo thoracis motum ē nostro pendente arbitratu, uacui beneficio sequens dilatatur, uacui etiam ratione extrinsecus nos ambiens aër per nares secundū^o gargareonem: & quum uelut mentis aërem ducimus, is per os etiam ueluti in follem attrahitur, ipsius portuicula per caluarie foramina cerebrum petens, & reliqua portione per fauces in asperam arteriam subintrans, & pulmonis cavitatem ex ipsius dilatatione facili ad amissum implens. Hunc aërem pulmonis substantia insita ui alterat, cordisq; usibus aptans, optimam sui portionem a uenalis arteriae ramis undiq; asperae propaginibus attentis afflanti permittit, ut eius arteriae interuentu aër in sinistram cordis sinum deferatur, spiritus uitalis idonea futurus materia. Cor enim hunc aërem attrahens, & in sinistram ipsius uentriculum magnam sanguinis copiam a dextro alliciens, ex halituoso eius sanguinis uapore, & illo aëre, propria uirtute ipsius substantiae insita spiritum conficit, quem sanguine impetu rēnte, concomitantum focumq; per magnam arteriam uniuerso corpori distribuit, & natium cuiusq; partis calorem ita temperat, quemadmodum respiratio cor insiti caloris fomitem recreat: itaq; idem usus sit respirationis & pulsus, quo arteria magna cordis rhythmo dilatatur & costringitur. Ad spiritum igitur conficiendum cor aëre uitur, ipsoq; illius feruidus calor temperatur. Verū quicquid in hac spiritus cofectione fuliginosum spirituiq; efficiendo ineptū est, per uenalem arteriā in pulmonē reduci, atq; hinc cū aëre qui in pulmone reliquus erat, compresso thorace excerni, dissectionis professoribus est concessum. Addeō sanē ut cor indefessa ipsius dlatione sanguinem in dextrum ipsius uentriculum a caua attrahat, ut is partim in sinistru uentriculum ducatur, partim uero in aptum pulmonis nutrimentū ab ipso amice preparatur, & contracto corde per arterialem ueniam pulmonī offeratur. Cor uero dilatatum in sinistram uentriculum ex pulmone aërem assumit, constrictū uero spiritum uitalem unā cum sanguine impetu rēnte in magnā arteriā propellit. Quō minus autem rapida cordis attractio uenae cauae & uenalis arteriae noxam inferret, Natura cordis aures creauit, uelut promptuaria cordi appo-

litas. Quatuor autem cordis uasorum orificijs membranas arbitramur praefectas, ne ritus cordis labor fiat. Membranae enim cauae & uenalis arteriae orificijs praefectae, impediūt quo minus in cordis contractione sanguis in cauam, & spiritus uitalis in uenalem arteriā resiliat. Illae uero quae in arterialis uenae & magnae arteriae orificijs habentur, obstant quo minus in cordis dilatatione sanguis pulmōni oblatu, & spiritus uitalis iam emissus, in cor dondu regurgitent. Porro^o magna arteria simul atque ē corde pronascitur, duas educit propagines cordis basim cingentes, deorsum ramulos per cordis substantiam spargentes. Ipe autem arteriae caudex paulo supra cor in duos sectus truncos, grandiore sinistrorsum ad spinam detorquet, a quo utrinq; rami ad oculo humiliores costas exporriguntur. Quum uero is sub septo deorsum fertur, huius quoq; propagines offert, mox ab una radice omento uentriculo, iecori, bilis uesiculari, colo intestino, & demū leni soboles offerens, uenae portae ramis concomitatas. Dein aliam radicem truncus hic in mesenterium dispensat, & utrinq; renibus unam deriuat nonnihil inferius, ab ipsius anteriori sede feminales produens arterias, & dein adhuc demulius mesenterio aliam ramū exhibens, & in progressu uertebis lumborum ipsisq; accumbentibus musculis furculos depromens. Ad sacri ossis initium, & si arteria prius cauae in sinistro latere subiacitur, eā quo tutior prorepat cōscendit, & eodem cum caua modo hic bipartito scinditur, parem cum illa ad extremum usq; pedis distributionē in profundo faciens, quippe nullus huius arteriae magnae truncus ramus cutem subit. Verū id priuatiū huius truci propagini per pubis ossis foramen procedenti accidit, quod illi arteria committitur, quae ab umbilico secundū uenae^o latus descendens, ferui propria censetur. Arteriae magnae caudicis truncus superiora petens, statim a sinistro ipsius latere ramum proterit, oblique ad elatissimā thoracis suilateris costam protensam, a quo primum propago superioribus costas offertur, & dein alia transuersis processibus uertebz ceruicis, quae postmodum in duram cerebri membranam exhauritur. dein alia sinistro pectoris ossis lateri exhibetur, quae in alto scm per condita, ad umbilicum usq; pertingit. Vbi uero ramus ille thoracis cavitatem superat, furculum posteriorē ceruicis sedem occupantibus musculis transmittit, & similiter ut axillaris uena ad digitorum usq; extrema digeritur, si axillaris ramos cutem subeuntes exceperis, ac in alto latitantes solū hic intellexeris. Ceterum insignior portio dicti nuper magnae arteriae trunci ad iugulū ascendēs, in duos impares ramos partitur, sinisterr, qui & gracilior est, sinistri lateris^o soporalem constituit arteriam: dexter uero, ab ipsius dextro latere ad primam costam propaginem deriuat, eodem proliis modo absumendam, quo ramus ille qui oblique primam sinistri lateris costam adire dicebatur. Verū dextri rami reliquum, huius lateris soporalem efformat arteriam, quae similiter atq; sinistra secundū asperae arteriae latus fauces petēs, ramum porrigit in faciem penitus & in temporum cutem ad uerticem usq; absorbendum. ipsa autē laryngi & linguae & triplici hic reposito glandularum generi soboles offerens, caluariam adit, & in duas diuisa propagines, minorem in primum dextrum uel durgembrang sinum exhauriendam mittit. grandior absq; uenae coniugio per propriū foramen in caluariam mergitur, atq; hic mox in durae membranae latus soboles ab ipsa deriuantur, & alia per peculiare foramen ad narium amplitudinē uersus nali extremum contendit: ipsa autem propagio caluariā basi iastata, & in nullum tamen plexum reticularē digesta, antrorsum fertur, & ramum cum secundo pari neruorum cerebri ad oculum depromens, sursum ascendit, duram cerebri membrana perforans, & partim in tenuem membrana hīc absumpta, partim uero in dextrum cerebri uentriculum repens, plexus eius in hoc uentriculo repositi, ac extimo scetus inuolucro comparati portionem efformat, uitalēq; spiritum cerebro offert, ut ex illo cerebri beneficio animas spiritus, uti nūc dicam, prepararetur.

DE CEREBRO, ET ORGANIS

cerebri officiorum nomine extructis.

Caput V.



CEREBRVM^o animalis ac principis facultatum sedes in caluaria reponitur, formam cavitatis quam occupat concinnē referens, ac superiorē sede secundū capitis longitudinem, ac anteriorē posteriorēq; in dextram partem & sinistram diremptū, in ipsius autem basis medio continuum. Vbi^o dorsalis medulla ab ossium medulla plurimum differens producit initium, cuiusq; cerebellum.

bellum unitur, decuplo ferè minus cerebro, ac posteriori illius parti omnino subiectum, neque magis retrorsum quam cerebrum ipsum uergens. Acque hæc uniuersa cerebri dura amplectitur membrana caluariam proximè succingens, & per futuras caluariæ fibras porrigens, quæ in peculiare inuolucrum caluariæ degenerant. Hæc membrana tantum à tenui cerebri membrana distat, ut uasorum ipsius motum non præpediat, processum mittens inter dextram cerebri partem & sinistram, & item alium inter sedem cerebelli elatiorem & cerebrum quæ cerebello innititur. Huic membranae quatuor præcipui insunt sinus, uenarum arteriarum quæ usum simul subeunt, & uariam uasorum seriem in tenuem cerebri membranam digerentes. Cerebri enim substantiæ, quæ continua, alba, & nullis uenis intertexta est, tenuis quædam membrana uicinisimè obducitur, quæ passim in cerebri reuolutiones intestinorum anfractibus similitas se implicans, uasa cerebri continet. Cerebrum uerò tribus insignibus et impensis amplius donatur cavitatibus seu uentriculis, quorum unus secundum cerebri longitudinem in dextra cerebri parte consistit, qui ex posteriori sede deorsum per cerebri substantiam reflexus, ad medium usque basis cerebri perferitur. Secundus huic prorsus respondens, in sinistra cerebri parte collocatur, & ambo quæ interius lateribus se inuicem spectant, superiori sede tenui quadam cerebri substantia mutuò distinguuntur, quam septum nuncupamus, & quæ superius continuatur cerebri portioni, quæ quod cæterarum cerebri partium in superficie positarum subdior & magis candidans sit, callosum corpus appellatur. Humilior autem septi sedes unitur continuæ quæ est cerebri parti quæ instar fornices testudinis ue extracta, utrinque ex posteriori duorum primorum cerebri uentriculorum sede, ampla basi pronascitur, & sensim antorsum procedens, uelut in acutum trianguli uerticem coarctatur, humiliori sua sede quæ modo recensendæ cavitati incumbit, instar fornices cauita. Humiliores enim dictorum uentriculorum sedes inuicem septo non intersinguntur, uerum in communem sinum conueniunt, sub corpore instar fornices formato repositum, & uno ingeni meatu rectâ deorsum per cerebri substantiam pertinentem in infundibulum seu peluim à tenui membrana instar infundibuli extructam: quæ cerebri pituita per illum meatum descendens, glandi quadratæ & ossicuneum imitanti superstratæ instatur, illinc ad palatum & narium amplitudinem per insignia, non autem spongice modo pertusa, foramina deflens. Ista communis dexteri & sinistri uentriculorum cauitas tertius est uentriculus, posteriori sua sede in meatum deflens, qui per cerebri corpora testibus & natis non absimilis, in quartum uentriculum contendit, qui communis est cerebello & dorsali medullæ initio, anteriori ac posteriori sede cerebelli processu ornatus, quem ex anfractu imagine uerni in lignis nato comparamus. Verum in hoc uentriculo, quemadmodum in tribus uentriculis prioribus, nullum peculiare corpus secantibus occurrit. In dextrum nanque uentriculum (similiter ac in sinistram) per ipsius inferiorem posteriorem quæ sedem soporalis arteriæ insignior ramus descendit, plexum efformatur, quem extimo fœtus inuolucro comparamus. In enim ab illo arteriæ ramo & eius uasis portione constituitur, quod glandulæ nucis pinæ instar effrigat, & cerebri testibus incumbenti suffultum, ab extremo quarti duræ membranae sinus secundum cerebelli longitudinem exporrecti, per tertium cerebri uentriculum ducitur, & ab eo sinu tanquam à torculari, uenæ arteriæ quæ materiam suscipit, deinceps in duas portiones dissectum, una in dextrum uentriculum, altera in sinistram pertinet, ac cum arteriarum ramis eò peruenientibus, dictum nuper plexum in utroque uentriculo constituit. Ex hoc uitali spiritu in illo plexu cerebri munis adaptato, ac ex aere quem inspirantes in cerebri uentriculos allicimus, cerebri substantiæ insita uis spiritui animalem conficit, quo cerebrum ad principis animæ functiones partim utitur: partim uerò per nervos ab ipso pronatos, ad organa spiritu animali indigentia (quæ potissimum sensus ac motus uoluntarij sunt instrumenta) transmittit, non mediocrem ipsius portionem à tertio uentriculo sub testibus cerebri in uentriculum cerebello & dorsali medullæ communem diffundens, quæ postmodum nervis omnibus à dorsali medulla ortum ducentibus digeritur. A cerebri enim basis medio utrinque unus nascitur processus longus & teres, & secundum cerebri basin antorsum ductus, & altero sinu octauo capitis ossis incumbens, & olfactus organo proprius: uerum quoniam ex caluariæ amplitudine non prociat, nerui nomine à Dissectionum professoribus non donatus. Primum enim septem quæ cerebro ascribuntur parui paulo posteriori quam dicti modo processus neruorum substantiæ respondentes, initium à cerebri basi ducit, uisioris constitutus nervos, qui in oculi

tunicam retis imagini similes degenerant. Oculus namque in centro habet crystallinum humorem, cuius anteriori sedi tunica tenuissima ceparum pelliculæ correspondens obnascitur. Posterior autem eius humoris regio à uitreo humore continetur, cuius posteriorem ambit sedem inuolucrum cerebri substantiæ respondens, in quod uisiorij nerui substantia dissoluitur. Tenuis autem cerebri membrana neruum uisiorum inuestiens, in tunicam dilatescit uas folliculo perquam similem: quippe ipsa uniuersum oculum amplectens, anteriori sedi foramine eò peruia cernitur, quod pupillam dicimus. Dura autem cerebri membrana neruo etiam uisorio circumdata, in duram oculi tunicam finitur, toti oculo obducitur, & in anteriori sede oculi cornu modo pellucidam, quæ iride seu maiori oculi circulo circumscribitur, ad quem alba adherens uel oculi tunica anteriori oculi sedi obnata definit. Porro inter corneam hanc & anteriorem crystallini humoris sedem aqueus habetur humor, qui à uitreo tunica quadam tenui & ciliatorum imaginem expriment, & orbiculatim crystallino humori adnata, atque ab uua principium obtinente distinguitur. Secundum neruorum par mouendis oculorum musculis seruit. Tertium duabus radicibus inuicem distantibus utrinque enascens, minorem digerit quadam portuncula ad frontis cutem, & quadam ad superiorem maxillam superius quæ labrum, & quadam in narium amplitudinem, & quadam ad musculos maxillam inferiorem attollentes. Maiorem uerò radicem tertium hoc par linguae exporrigit, hæc quæ illius beneficio gustus instrumentum efficitur. Verum ab hac etiam radice ramus capreoli modo intortus dictis nuper offertur musculis, & alius superioribus dentibus, alius quæ inferiori maxillæ ac dentibus illi infixis, & inferiori tandem labro. Quartum par in palati celsæ tunica. Quintum duplici quoque radice, ut & tertium par, prodicens minorem musculis maxillam inferiorem attollentibus dispensat, crassior uerò auditus organo offert, quamuis & ab hac binas dispergit soboles per diuersa foramina in commemoratos modo musculos etiam pertinentes. Sextum par præter ramulos ab ipso quibudam in ceruice musculis & laryngi in descensu oblatos, septimum paris portione adaugetur, atque iuxta pectoris ossis summum soboles quoddam illinc prodeuntibus musculis præbens, ramum costarum radicibus deducit, in organa sanguificationi subministrantia pulchre digerendum. Ita hætenus uterque sexti paris neruus pariter distribuitur. Dexter uerò priuatim sui portionem ad arteriam dextro brachio exporrectam retorquet, à quo neruus confurgit secundum asperæ arteriæ dextrum latus ad laryngem proficiscens, ob id quæ neruus recurrens nuncupatus. Quod autem reliquum ab hoc dextro neruo descendit, pulmonis dextræ parti & cordis inuolucro ramulos offert, ac stomacho tandem commissum, septimum quæ permeans, uentriculi superioris orificij sinistram sedem multis propaginibus donat. Sinister autem neruus ad arteriæ magnæ truncum dorso explicatum, portiones suas reuersum sinistri lateris neruum constituentes retorquet. Ab huius lateris neruo peculiariter cordi gracilis propago digeritur: quod autem eius adhuc restat, dextram superioris orificij uentriculi sedem intertextit, secundum uentriculi superiora ramulum ad iecur usque mittens. Septimum par præterquam quod sextum impense auget, præcipue in laryngis & linguae musculos absumitur. Nerui à dorsali medulla in uertebis conclusa principium ducentes, triginta complectuntur poribus: quorum septem ceruicis dedicantur uertebis, duodecim thoracis, quinque lumborum, sex sacro ossi, nullo interim neruo à coccyge ossis perfiliente. Quæ à ceruicis labuntur uertebis, in musculos ipsi adnatos proximos quæ digeruntur: & à quarto, quinto & sexto parium furculis utrinque unus efficitur neruus, septo transuerso proprius: dein à quinto, sexto, septimo, & dein ab octauo ac nono, seu primo secundo quæ thoracis paribus, uariis neruorum confurgit textus, à quo in brachium sex nerui pullulant, præter uarias soboles scapulae cauo & gibbo dispersas. Ac primus brachium petens neruus ab ipsius propaginibus, quas brachium attollenti offert musculis, sobolem impense gracilem in cutem brachij externæ sedi obducitur digerit. Secundus per axillam brachium ingrediens, ramulos quæ priori cubitum flectentium musculo præbens, insignem ipsius portionem tertio brachium accedenti neruo impartitur. ipse uerò in cubitum festinans, & ramulum primo radium in supinum ducenti musculo exhibens, cutem subit: ac in uarias dissectus propagines, superioris interioris quæ cubiti sedis cutem ad extremam usque manum implicat. Tertius per axillam quoque descendens, & anterioris brachij sedi cuti ramulos deprensus, ac secundi nerui portione adactus, propaginem quæ communicans, posteriori cubitum flectentium musculo per anterior-

1. duplici
2. duplici
3. duplici
4. duplici
5. duplici
6. duplici
7. duplici
8. duplici
9. duplici
10. duplici
11. duplici
12. duplici
13. duplici
14. duplici
15. duplici
16. duplici
17. duplici
18. duplici
19. duplici
20. duplici
21. duplici
22. duplici
23. duplici
24. duplici
25. duplici
26. duplici
27. duplici
28. duplici
29. duplici
30. duplici
31. duplici
32. duplici
33. duplici
34. duplici
35. duplici
36. duplici
37. duplici
38. duplici
39. duplici
40. duplici
41. duplici
42. duplici
43. duplici
44. duplici
45. duplici
46. duplici
47. duplici
48. duplici
49. duplici
50. duplici
51. duplici
52. duplici
53. duplici
54. duplici
55. duplici
56. duplici
57. duplici
58. duplici
59. duplici
60. duplici
61. duplici
62. duplici
63. duplici
64. duplici
65. duplici
66. duplici
67. duplici
68. duplici
69. duplici
70. duplici
71. duplici
72. duplici
73. duplici
74. duplici
75. duplici
76. duplici
77. duplici
78. duplici
79. duplici
80. duplici
81. duplici
82. duplici
83. duplici
84. duplici
85. duplici
86. duplici
87. duplici
88. duplici
89. duplici
90. duplici
91. duplici
92. duplici
93. duplici
94. duplici
95. duplici
96. duplici
97. duplici
98. duplici
99. duplici
100. duplici

1. duplici

2. duplici

3. duplici

4. duplici

5. duplici

6. duplici

7. duplici

8. duplici

9. duplici

10. duplici

11. duplici

12. duplici

13. duplici

14. duplici

15. duplici

16. duplici

17. duplici

18. duplici

19. duplici

20. duplici

21. duplici

22. duplici

23. duplici

24. duplici

25. duplici

26. duplici

27. duplici

28. duplici

29. duplici

30. duplici

31. duplici

32. duplici

33. duplici

34. duplici

35. duplici

36. duplici

37. duplici

38. duplici

39. duplici

40. duplici

41. duplici

42. duplici

43. duplici

44. duplici

45. duplici

46. duplici

47. duplici

48. duplici

49. duplici

50. duplici

51. duplici

52. duplici

53. duplici

54. duplici

55. duplici

56. duplici

57. duplici

58. duplici

59. duplici

60. duplici

61. duplici

62. duplici

63. duplici

64. duplici

65. duplici

66. duplici

67. duplici

68. duplici

69. duplici

70. duplici

71. duplici

72. duplici

73. duplici

74. duplici

75. duplici

76. duplici

77. duplici

78. duplici

79. duplici

80. duplici

81. duplici

82. duplici

83. duplici

84. duplici

85. duplici

86. duplici

87. duplici

88. duplici

89. duplici

90. duplici

91. duplici

92. duplici

93. duplici

94. duplici

95. duplici

96. duplici

97. duplici

98. duplici

99. duplici

100. duplici

rem sedem interioris tuberculi ossis brachij in cubitum prope-
rat, musculis hinc principij ducentibus furculos unā cum quinto ner-
uo spargens, & secundum radiū exporrectus, atque in manus uo-
lam ductus, duas soboles pollicis internae sedi, & totidē indici quo-
que, & unā tantū externo lateri interioris sedis medij clargitur, non
infrequenter etiam medio binos ramulos & unū anulari offerens.
Quartus brachij nervus ceteris multo crassior per axillam ingre-
diens, & ramos musculis cubitum extendentibus disseminans, se-
cundum brachij posteriora ad externum ossis brachij tuberculum
contendit, in cutem prius duas diffundens soboles. Nervus ad hūc
externam articuli cubiti sedem positus, ramum in cutem externae cu-
biti sedis ad brachiale usque spargens, & mox in duos ueluti truncos
diuisus, musculis quae ab externo brachij ossis tubere pronatis sobo-
les dant, unum truncum ulnae exporrigit, à quo ramuli in mu-
sculos ab externa ipsius sede pronatos digeruntur: ipse autem trun-
cus iuxta brachialis radicem cessat. Superior uero truncus radio ex-
porrigit, & praeter furculos graciles, quos accumbentibus prae-
bet musculis, brachiale petit, & duos ramulos externae pollicis sedi,
ac duos item indicis, et unum medij digiti interno lateri impartitur.
Quintus nervus arterie brachij proximus in axilla latitat, & nullas
soboles in brachio à se deducit, in cubitum per posteriorem interio-
ris tuberculi ossis brachij sedem pertingit, ac musculis hinc prona-
scentibus unā cum tertio nervo ramos communicans, secundum
ulnam ad brachiale excurrit, in medio ductu ramum diffundens,
qui duobus furculis in externam parui digiti sedem, & duobus item
in anulari, & uno in medij exterioris sedis externum latas absumit.
Quicquid uero quinti nervi internam brachialis sedem adit, in-
teriori parui digiti sedi, & anulari & medij ramulos offert. Sex-
tus nervus insigniter gracilis, secundum internam brachij sedem sub
cute deducitur, & in progressu ramulos quosdam in cutem diffun-
dens ad cubitum pertingit, in cuius cutem secundum ulnam ad bra-
chiale usque frequentibus furculis disseminatur. A nervis è tho-
racis uertebribus profluentibus, praeter ramos qui retrorsum ad spi-
nas uertebrearum, & dehinc in musculos ab illis principij duces
porriguntur, singula costarum interualla singulos ramos sibi
uendicant, ad pectoris & abdominis usque medium orbiculatim
pertinentes, & musculis thoraci insinatis, abdominis quae musculis,
& demum cuti furculos dispergentes. Ad haec ab intercostalibus
nerviis portuuncula digeruntur, quae sexti paris nervorum cerebri
propagines costarum radicibus exporrectas adaugent. Ceterum
distributio nervorum humborum uertebribus progredientium tho-
racis nervis magna ex parte respondet: illi namque retrorsum ramos
disseminant, & secundum illa ad ab dominis mediū circularim ascen-
dunt, ramulos coterminis musculis & cuti clargientes. Verū à primo
horū pari ad testes cum seminalibus arterijs propagines quam mini-
mae pertinent, à quatuor autem humilioribus paribus nervi in fe-
mur procedentes principij sumunt, quamquam omnium maxi-
mus à quatuor primis sacri ossis nervorum paribus pronascatur.
Primum sacri ossis nervorum par, similiter ac thoracis & humbo-
rum paria, è uertebribus labitur. Quinq; autem humiliora sacri ossis
paria non à lateribus proflunt, uerū una radice antrosum, altera
retrosum egrediuntur, & posterioribus radicibus in musculos
sacro ossi & ilium ossibus adnatos & cuti sparguntur. Anterior uer-
o primiparis ramus unā cum anterioribus triū succedentibus parū
radicibus dictum nuper nervū cōstituit. Humiliorum autem parū
radices in uescitā, anum & penem, aut mulieribus in uterū cervicē
& pudendi colliculos deperduntur. Porro quatuor nervorum in
femur progredientium primus secundum sextum femur mouentē
musculū deducitur, ac in externā femoris cutē ramū disseminans, in
musculos absumit exterioris femoris lateris occupantes. Secundus
simul cum grandiori femoris uena & arteria femur subit, mox ra-
mum depromens per internam femoris & genu & tibiae sedem ad
summum usque pedis digitorum quae extrema sub cute simul cum
uena, quam hūc propeperē dictum est, descendens: hūc quae ac illic
ramulos digerens. Quod uero secundi nervi est reliquum, in mu-
sculos cessat anteriorem femoris sedem contegentes. Tertius ner-
uus pubis ossis foramen perrepans, & musculis id occupantibus
ramulos offerens, sobolem deriuat in internam femoris cutem ali-
quousque sparsam: reliquū autē eius nervi in musculos discedit, in
internā femoris sede inibi locatos. Quartus omnium corporis ner-
uorum, qui ex pluribus nervis construuntur, facile crassissimus, ubi
coexistens os à sacro deflucit, in posteriora femoris ducitur, ramū
in cutem femoris posteriorē spargens, qui paulo sub media femo-
ris longitudine cessat. Humilior etenim sedi alius offertur ramus, à
quarto propagatus nervo, qui etiam musculis à coxedis ossis infima

posterioris sede pronatis, soboles exhibet, uti & musculis ab in-
terioribus femoris capitibus pronatis. Deinde in poplitis regione in
duos diffectus truncos, graciliorem anteriorem quae ad fibulam de-
fert, à quo ramus ad externam tibiae cutem ad paruum usque digi-
tum repit, & alius in anteriorem tibiae cutem dispergitur: eius uero
trunci reliquum fibulae exporrigitur, ubi septimi & octauī pedem
mouentium musculorum pendet origo. Ceterum grandior interio-
rius truncus ramum in internam tibiae cutem, & in surae pariter
cutem ad calcem usque porrigit: ipse uero in musculis suram consti-
tuentibus occultatus, ramum per ligamentum membraneum mit-
tit, quo fibula tibiae alligatur. hic ramus musculis anteriorem tibiae
sedem obtinentibus reconditus, tandem in pedis superiora contē-
dit, inibi digitis oblatas. Praecipua eius grandioris trunci portio se-
cundum tibiae posteriora deorsum properans, & nonnullas sobo-
les huc illuc musculis exhibens, inter calcem anterioremq; malleoli
pedis humiliora adit, & exiguas admodum soboles musculis inibi
repositis offerens, inferiori digitorū digitorū sedi duas propagines
comunicat. Atq; ad hunc sane modū immixtus rerum Opilex non
ad uiuendū modō, sed etiam ad cōmodū uiuendū corpus nostrum
corruptioni obnoxium condidit. quae autem ad speciei succēssionē
fabrelegerit, quāq; haec nutritionis organis procul à sensibus & ra-
tionis sede subiunxit, nunc obiter & quantum hūc humanae fabri-
cae partium enumeratio admittit, subiiciam.

DE ORGANIS SPECIEI

propaganda simulaneis.

Caput VI.



INITIO ad speciei conseruationem humanae
fabricae autor duos homines ita extruxit, ut uter-
quidem infantis primarium porrigeret princu-
pium, mulier uerū id apte conciperet, infanti-
lumq; ex hoc pronatum principio tantisper nō
secus quam aliquod sui corporis membrū enu-
tritur, quousque is ualidior redditus, in aërem
nos ambiens produci posset. Atq; his munij idonea peculiariaq;
instrumenta uir ac mulier obtinuit, quibus tanta ad generationem
delectationis uis & illecebra inditur, ut animalia hac incitata, siue in
uenilia, siue iusta & rationis expertia sint, haud aliter speciei propa-
gandae incumbant, quam si essent sapientissima. Vir quidem duos
adipiscitur testes, cute quae hūc scortum dicitur, carnea quae mem-
brana obductos, & alba ac continua peculiari quae prorsus substan-
tia extructos: quam ualida continet membrana, orbiculatim sub-
stantia huic proximē adnata, ac eorum quae testis applantantur in-
sertionem connexionq; excipiens, singulūq; testibus peculiare in-
uolucrum constituens. cui alterum quoque proprium accedit à
peritonæo inibi pronatum, ubi id uasis seminalibus uiam offert. Il-
linamque membrana pronascitur, ea uasa cum teste continens,
& testū nusquam, neque etiam seminalibus uasis (nisi quā ex magna
peritonæi amplitudine excidit) pertinaciter connexa. Ad humilio-
rem enim testis sedem haec tunica ipsius carnea parte tantum adna-
scitur, quam testis musculum censemus. Vasa autem seminalia
sunt, una utrinque uena, una quae arteria. Vena dextrum testem pe-
tens à cauae caudicis anteriori sede sub uenarum in renes pertinē-
tium exortu pronascitur: quae uero sinistro testī offertur, ab humi-
liori sede uenę sinistrū renem aduentis ob hoc principij sumere cre-
ditur, ut non purū sanguinem dextrae uenę modo testī perferat, sed
ferofum, qui ipsius salsa & acri qualitate in seminis electione pruri-
tum conciliet. Ambae arteriae à grandi arteria paulo inferius quā
dextra seminalis uena initium ducunt, & dextra caue caudicem con-
scendens ad dextram fertur uenam, simul cum hac testem accedens:
& cum uena anteaquam testem attingat, uariē perplexa, corpusq;
efformans multas uarices exprimens, hūc quae basi clatiore testis sedi
inserit, & ramulos intimo testis inuolucro offerens, multifariamq;
per testis substantiam digestum, quae sanguinem hunc benignum,
& spiritum ingenua ipsi facultate in semē haud secus emutat, quā
iecoris substantia cremorem ab intestinis ei delatum, in sanguinem
alterat. Confectum semen à ualido uale inflat uermis testis poste-
riori sedi adnato, uariē quae capreoli ritu implexo excipitur, hoc uas
sursum ad magnam peritonæi cauitatem ea uia conscendens, quae se-
minalis uena & arteria descendere, nervi cuiusdam modo teres effi-
ciunt: & deorsum ad pubis os reflexum, posteriorem uescitae sedem
accedit, ad quam uas à sinistro teste semini deferens etiam properat,
quod

e. testis
à scortum
carnea
membrana
obductos
e. testis
musculum
censemus
e. testis
sinistrū
renem
aduentis
ob hoc
principij
sumere
creditur

e. testis
sinistrū
renem
aduentis
ob hoc
principij
sumere
creditur

e. testis
sinistrū
renem
aduentis
ob hoc
principij
sumere
creditur

quod dextro uasi unitum, simul cum illo in uesicæ ceruicis radicem inter glandulosum corpus ceruicis hic obnatum inferitur, communisq; homini ac urinae meatus consurgit, qui deorsum modicè fluctus, deinde sursum ad pubis ossium commissuram foris reflectitur, corporibus penem efformantibus subnatus. Prode enim utrinq; à pubis osse unum nerueum teresq; corpus, quod intus impense fungosum ac crasso sanguine plenum cernitur, utrumq; simul conuatum unitumq; penem constituit, eius substantiæ beneficio, quum is semen in uterum missurus est, crigi augeriq; aptum: et aliàs quum nullus suæ proceritatis usus est, flaccidum & gracilem, qui etiam ad commodum Veneris usum suo apice glandis modo tumet, ac cute qua tegi & reteggi queat decoratur. Mulier uterum sibi uendicat, semini excipiendò fœtuisq; continendò dedicatum: qui inter uesicam & rectum intestinum repositus, uesicæ que instar fundo ac ceruice utriusq; tendi ac in se concidere aptis formatus, membranæ laxæ & carnis aliquot fibræ (quorum auxilio uterus uoluntariè nonnihil agitur) intertextis, ita suis lateribus ad peritoneum alligatur, ut mesenterium intestina continet. Fundi forma non prorsus rotunda existit, uerum anteriùs posteriusq; depressa: superius obtusa, & duos (utrinque uidelicet unum) retusos ostendens angulos, qui uiciorum fronti cornua producturæ assimilantur. Fundo simplex adest sinus, fundi formæ ad amissum respondens, & in orificium definens, glandis penis modo in uteri ceruicis amplitudinè prominens, & naturali tantum ui, non autem mulieris arbitratu sese constringens & referans. Fundus simplici propriæq; constat tunica, nō prægnantibus insigniter crassa, ut utero gerentibus in miram amplitudinem extendi ualeat. Huic alia obducitur, à peritoneo initium sumens. Ceruix uteri teres est, & in utero non gerentibus aliàs non distensa, haud multo minus ipso fundo ampla, & uesicæ ceruicis insertionem excipiens, coriacis que carnibus &

colliculis alis uel ad suum orificiū ornata. Quinetiam utero utrinque uenis accumbit testis, ad quem uasa eodem prorsus modo atque in uiris pertingunt. Verum hic id priuatim accidit, quod media tantū feminæ uenæ arteriæq; pars testis ossiferatur, altera uteri fundum implicante. Vas semen tenue & impense aquosum paucis à muliebri teste deferens, in obusum sui lateris uteri inferitur angulū. Venæ & item arteriæ frequentissima serie, præter antea dictas, uterum implicantes, ab illis prodeunt uasorū distributionibus, quæ post sacri ossis ad infimam lumborum uertebam nexum perhicitur. Atq; hæc uasa enutriendo fœtui, & ipsius insito calori recreando subseruiunt. Fortis autem in utero complexus tribus inuolueris integitur, uno quidem uulgo secundæ uocato, quod instar latioris tantum cinguli ipsum ambit, insigniterque crassum & lienis modo nigricans est: quod utero conuatum, uasa in uterum pertinentia excipit: quo illa in ipso postmodū collecta, duabus uenis & totidem arterijs in umbilicum inferantur, & una tandem uenæ iecori, duæ autem arteriæ grandis arteriæ propaginibus per pubis ossium foramina descensuris ossiferantur. Secundum inuoluerū membrana est, fœtū uniuersum amplectens, sarcininiq; imaginē assimilatum, inter ipsum & tertium inuoluerum fœtus urinam colligens, quæ peculiari meatu ex uesicæ elatiori sede in hanc amplitudinem perfertur, quo minus urina fœtus cuti circumfusa, ipsius acrimonia oblit. Tertium inuoluerū tenuissima est membrana, hinc etiam agnina dissectionis proceribus appellata, fœtuisq; proximè obducta, ac demum fœtus sudorē inter se & fœtus cutem subflauo quasi luto oblitam asseruans. Fœtus uerò in lucem editus, lac familiare ipsius alimentum ē mamillis à nemine edocuis fugit: quæ in pectore sedem uendicantes, & papilla ornata, glanduloso corpore insita uel sanguinem per uenas ipsi adductum in lac conuertente extruuntur.

ENUMERATIONIS OMNIUM HUMANI CORPORIS FABRI-

cam subuentium partium finis: quem quoad fieri potuit, collectissima integraq; earundem delineatio in subsequentibus paginis excipit, ea serie intucunda, quam mox initio præscripsimus.

G

ANDREAE VESALII.



QVARTA MVSCVLOS COMMONSTRATIVM FIGVRA, OMNES IN POSTERIO

RI CORPORA SEDE SVB ILLIS QVI SECVNDAE FIGVRAE
reconditis proponit masculos, dextro quide latere eos qui primū occur
pes et caput boni collocata pariter iunant. Tercio in hac figura
sequantur, ac harum prima in integri hominis consistens capite, sinistro
dextra manu hic cōtinetur: illa quae sinistra complectitur, ultimū locum

SINISTRO LATERE EXPRIMVNTVR
runt, sinistro autē qui sub ipsi adhuc cōtinetur, quibus ostendendis
conficiat cerebri partium imagines iunctis sectionis ordine sub
lateri secunde figuræ capitis succedit, primam autem excipit quæ
sibi vendicante.

SINISTRI LATERIS CHARACTERVM INDEX.

- A Caput propositū in illam ostendit.
- B Tercio parit caput movetur aliter.
- C Alter parit parit caput agere.
- D Alter parit parit caput agere.
- E Secundus parit parit movetur aliter.
- F Quartus parit parit movetur aliter.
- G Quintus parit parit movetur aliter.
- H Sextus parit parit movetur aliter.
- I Quartus parit parit movetur aliter. Oculum utroq; ostendit, utroq; oculum utroq; ostendit, utroq; oculum utroq; ostendit.
- K Scapula proposita nuda conficiatur.
- L Brachii os.
- M Vena.
